

Mb 326
40



J. Gildemeister
Bonn 1842.



NOVAE SYMBOLAE

AD

REM NUMARIAM MUHAMMEDANORUM

EX

MUSEIS PFLUGIANO ATQUE MANNTUFELEIANO PETROPOLI,
NEC NON NEJELOWIANO KASANI,

EDIDIT

DOCT. C. M. FRAEHN,

SACR. MAJ. IMP. RUSS. A CONSILIIS COLLEGIORUM ET ORDINIS ST. ANNAE DE SECUNDA CLASSE EQUES,
ACADEMIAE IMPERIALIS SCIENTIARUM PETROP. SODALIS ORDIN. ANTIQUITATIBUS ORIENT. INTERPRETANDIS,
EJUSDEMQUE BIBLIOTHECAE PRAEFECTUS PRIMARIUS, MUSEI ASIATICI DIRECTOR,
BIBLIOTHECAE IMPER. PUBLICAE BIBLIOTHECAR. HONOR. ETC.

ACCEDUNT QUINQUE TABULAE LAPIDE EXPRESSAE.

PROSTANT PETROPOLI,

APUD GUIL. MAYER, Bibliopolam Academicum,

ET HALIS SAXONUM,

APUD HEMMERDE ET SCHWETSCHKE,

clocccix.

Machricht für den Buchhinder, S. 48.



NOVÆ SYMPOLE

CA

THEMATICUM MARIAMMENDANORVM



INCLUTAE
UNIVERSITATI LITTERARUM ROSTOCHIENSI,
OPTUMARUM ARTIUM ET DOCTRINARUM
SEDI,
PER QUATUOR IPSA SAECULA
DOCTORUM FAMÂ ET LAUDE ACCURATI LITTERARUM STUDII
FLORENTI,
QUAM
ET IPSE JUVENIS PALAESTRAM HABUI ANIMO HUIC EXERCENDO ET FORMANDO,
ATQUE HABUISSE
GRATUS ET MEMOR BENEFICII RECORDOR
SEMPERQUE RECORDABOR,
SACRA SAEcularia
D. XII. NOV. A. cI9cccxix CELEBRANDA
EX INTIMO PECTORE GRATULATURUS,
HAS SYMBOLAS AD REM NUMARIAM MUHAMMEDANORUM
SACRAS ESSE VOLUI
C. M. FRAEHN, Rostochiensis.





LECTURO S.

Quos nuperrime ex Museo viri aestumatissimi Gabrielis Pflugii, Collegiorum Assessoris, in medium contuli *) numos Muhammedanos *ineditos et notabiles* jam excipit nova congeries, non, ut prior illa, ex solo Museo Pflugiano facta, sed etiam ex Museis ill. Comitis de Manntufel, Senatoris et Equitis, Petropoli, et viri ornatisimi Demetrii Joannidae de Nejelow Kasani. Numophylacio Pflugiano recens additos audio particulam esse numorum, quos *pondo ducenta amplius* anno c¹9⁰cccII vel III haud procul a Wellie Luki (quod oppidum provinciae Pskowskensis est), in ripâ arenosâ praeruptâ fluvii Lowat, custodes gregis reperisse dicuntur. Hi maximam partem ab Emiris Samanidicis cusi quum omnes annorum 924 et 976 finibus circumscribantur, eos habes *novos mercium Indicarum decimo p. C. n. saeculo per Russiam in littora Baltica transvehi solitarum testes*. Ex eodem, unde Pflugiani recentes, fonte haud scio an ii quoque, quos ex Museo ill. Comitis produxi, derivandi sunt. Quos autem ex Museo Nejelowiano hîc in medium protuli, eos priore aestate in mercatu Nishnii Nowogorodensi (olim Makariewensi) de Armenio aliquo emtos esse mihi significatum est. Eum nullus dubito eundem esse cum *Petro Jacobi filio Onanin* mercatore illo longe lateque peregrinato, qui, anno c¹9⁰cccXIII Kasani versatus, immensam numorum Orientalium al. praestantissimorum farraginem *ex ipsâ mediâ Asiâ allatam* servabat, unde tunc temporis complures numi rarissimi, veluti Samanidae aenei, in Musea Pototianum et Fuchsonianum transibant. Probe memini, me tunc apud mercatorem, quem modo dixi, videre nonnulla ex ci-

me-

*) Edito libello, qui inscriptus est: *Beiträge zur Muhammedanischen Numismatik aus St. Petersburg*. Mit 1 lythographirten Tafel. Berlin, 1819.

meliis numariis, quae nunc Musei Nejelowiani esse gaudeo, ve-
luti No. 14 et 9.

Ut priores symbolae, ita hae novae quoque, (omissis, non so-
lum omnibus jam editis, sed etiam iis, qui, licet nunc quidem adhuc
inediti sint, brevi tamen ex Museo Academiae Imperialis Scien-
tiarum Petropolitanae in medium producentur,) non sistunt
tibi, lector, nisi *numos anecdotos, inque iis Phoenice rariores,*
et qui monumentorum historicorum vicibus fungantur, qui
traditis nonnullis ab auctoribus fidem addant, qui ad haec illa in hi-
storiâ Muhammedanâ obvia momenta obscuriora illustranda egregie
faciant, qui fines rei numariae Muhammedanorum insigniter pro-
ferant. Operae igitur pretium mihi visus sum facere, si hos quoque
numos perferrem in notitiam et numophilorum et historiae Asiaticae
studiosorum. Quo in consilio perficiundo me quam maxime adjuvit
virorum optimorum G. Pflugii et D. de Nejelowii liberalitas,
quâ vel numos ipsos notabilissimos, vel ea saltim vocabula, in quibus
rem verti dixeram, tabulis repraesentandi sumtu libenter fungi vo-
luere. Ego vero meum esse duxi, horum numorum momenta gra-
viora, quum commentario per occupationum molem non licuerit,
scholiis saltim pro virili illustrare, quae etsi properare debui, non
tamen (spero) pravitatis vel levitatis accusabuntur. Sunt quidem
in primis inter Nejelowianos, quorum interpretationem nondum ad
liquidum perducere potui; id vero me neutiquam prohibuit, quo-
minus numorum certe imagines in Tabulâ cum eruditis communi-
carem, quibus nunc et ipsis periclitandi copia data est.

Quod restat, quum tantum non omnes, quos hic libellus adum-
brat, numi *inediti* sint et longe plurimi *argentei*, tam ineditos
esse, quam argenteos, ad singulos annotare supersedi, satis habens
si quid ex aere, vel jam editum est, id verbulo indicare.

Scr. Petropoli d. VI Maji a. cIɔIcccXIX.

MUSEI



MUSEI PFLUGIANI PETROPOLI
NUMORUM MUHAMMEDANORUM NOTABILIJM
ANTEHAC NON EDITORUM

PARTICULA ALTERA.

ACCEDUNT DUAE TABULAE LAPIDE EXPRESSAE.



EX

M U S E O P F L U G I A N O.

1.

vid. TAB. I.

Numus primum h̄ic obvius et perquam memorabilis, cūsus, ut e Margine Areae primae discere est, بانطاكية in Antakija i. e. Antiochiae, Coelis Syriae metropoli celeberrimā, quae h̄ic *primum* in numis Mu'hammedanis offertur, ٣٢٠ عشرين وثلاثين anno trecentesimo vicesimo. Annus autem Hedschrae 320 incipit die 12 Jan. a. 932 aerae nostrae. Praeterea, quae tam plerorumque Chalifarum 'Abbasidicorum quam dynastarum Samanidūm, Buwaihidūm al. numis communia esse solent, ut symboli sunnitici partem priorem auctiorem illam in A. I. et versiculum الام رَسُولُ اللَّهِ etc. e Kor. 30, 4. 5 desumptum in ejusdem Marg. exteriore obvium, item symb. sunn. partem alteram in A. II. et versiculum: رَسُولُ اللَّهِ أَمْرَهُ اَرْسَلَهُ etc. e Kor. 9, 33 petitum et in ejusdem Marg. collocatum, — praeter haec, inquam, utpote tralaticia atque in vulgus nota, *ideoque et in hoc et in sequentibus numis silentio a nobis transmittenda*, in infimā A. I. legitur: ابو العباس بن امير الؤمنين Abu-l-'Abbas filius || Emiri Fidelium (s. Chalifae), scil. Muktediri illius, cuius nomen in A. II. cernitur. Abu-l-'Abbas autem idem ille est, qui deinceps, titulo auctus *Raszi-billah*, Chalifatum adeptus est. In imā A. II: المقتدر بالله Muktedir-billah, qui eo ipso, quo hic numus cūsus est, anno periit. Infra adjectum: عَبْدُ الدُّوَلَةِ Amid-ud-daula. Amid proprie column, fulcrum denotat, deinde eum, quo tanquam fulcro alii nituntur, qui curam aliorum, vel alicujus rei sustinet, procuratorem, veluti عَبْدُ الْجَيْشِ column exercitus, magister militiae, عَبْدُ الْعَرَاقِ column i. e. procurator 'Irakae, عَبْدُ الْمَلَكِ column regni. Similiter Amid-ud-daula seu column reip. titulus vel cognomentum honorificum est, quod et alibi occur-

currit¹). At quis est ille nostri numi 'Amid - ud - daula? Locus, ubi numus cusus est, facile in eam te perduxerit sententiam, ut principem aliquem 'Hamdanidicum esse censeas; sed frustra inter eos circumspicio, cui id nominis fuerit; nec exploratum habeo, fueritne Antiochia jam a. H. 520 'Hamdanidum subjecta potestati. Eam urbem a. H. 16 Graecis eruptam Chalifae tenuere ad annum usque 265, quo tempore A'hmed filius Tuluni occupabat²). Paullo post autem, extincta Tulunidarum dynastiā anno H. 292 Antiochiam Muktefi Chalifa recuperavit. Tunc rectores s. gubernatores Chalifarum nomine, qualem fuisse censeo, qui in hoc numo عبید الدّوله audit, ei praefuisse videntur, donec haud adeo multo post Seifud - daula 'Hamdanides eam ad se raperet³).

2.

Numus Chalifae رَأْضِي بِاللّٰهِ *Rafzi billah*, quod nomen in imā A. II. legitur, cusus anno اَنْتَيْعَنْ وَتَلْبَيَةٍ *trecentesimo vicesimo secundo* (933 Chr.), quo ipso anno Rafzi e carcere protractus ad Chalifatum evectus est. Nomen urbis penitus deletum. Typo numi nescio quid nitidi inest a charactere tenuitate.

3—43. NUMI AB EMIRIS SAMANIDIS CUSI.

a)

3—11. *a Nasr II filio A'hmedis, quarto hujus dynastiae Emiro.*

3.

Cusus Samarkandae anno اَنْتَيْعَنْ وَتَلْبَيَةٍ *trecentesimo duodecimo* (Chr. 924, 5). Nomen Emiri نَصْرُ بْنُ أَحْمَدٍ *Nasr fil. A'hmedis*, et supra id, no-

men

¹⁾ عَبِيدُ الدِّينِ *contractum ex عَبِيدِ الدُّولَةِ vel عَبِيدِ الدِّينِ* paffim in nominibus propriis habetur. Exemplum habe nomen patris Gregorii, qui titulo Elmacini nemini non notus est, et confer جَلَالُ الدِّينِ *الجلال*.

2) v. Elm ac. p. 167. Abulfar. Hist. dyn. p. 271.

3) Annotare juvat, numum hunc etiam in Museo Regio Stockholmensi servari. Intellexi id ex una Tabularum illarum duarum, quae, numorum Cuficorum Musei laudati partem aere expressam sistentes, excidium, quo reliquae omnes Tabulae aeneae, jam paratae sculptaeque, periisse dicuntur, effugerunt.

men Chalifae مُكتَدِر بِالله Muktedir - billah in inf. A. II. leguntur. De اَنْتَي (v. Tab. I.) adi, quae ad N. 11 dicta sunt.

4.

Cus. *Balchae* anno خمس عشرة وثلاثمائة *trecentesimo decimo quinto.* et copulâ و perperam juncta sunt ⁴⁾). In inf. A. II. vocabulum in extremâ quidem parte evanidum, quod lego العَزْلَة, conjungendum cum الْمُكْتَدِر in supr. A. obvio: *potentia dei est.* Nomen Chalifae tantum non deletum.

5.

ثَبَار عَشْرَة وَثَلَاثَائِيَّة *in Schasch*, anno بالشان *trecentesimo decimo octavo* (Chr. 950.). In supremâ A. I. siglum est, quod ad figuram γ accedit. De siglis numorum in *Prolusione de Academiae Petrop. Museo* num. pag. 13 sqq. conjecturas nonnullas in medium protuli. Ad *Schasch*, foecundissimam illam numorum Samanidicorum matrem, quod attinet, censeo, eam urbem eandem esse cum hodiernâ *Taschkend*, quae est notissima Chanatus Taschkendensis urbs primaria sita ab oriente fluvii Sihun s. Sirr intervallo XXX mill. Russ. ⁵⁾ inter ipsam et hunc fluvium relicto ⁶⁾ sub long. grad. 70 cum nonnull. min. et lat. prope 42 grad. ⁷⁾, remota a Samarkandâ itinere dierum

se-

4) οὐτοις πλεοναξεῖ, ita alibi ελλειπεῖ, cuius rei exempla habe N. 25. 39. 40 al.

5) Intellige antiquiora, quorum quina unum conficiunt milliarium Germanicum.

6) Ex fide Priscae Hydrographiae Russicae (Drewnaja Ross. Idrogr. Petropoli 1773), libri magnopere aestimandi, p. 76. Nam in hac editione licet *Takschur* impressum extet, tamen loci situs facile commonet, non posse hic latere nisi *Taschkend*. Quam sententiam confirmat Kniga bolschomu Tscherteshy, libri modo laudati nova editio (Petrop. 1792) sed vix nata nescio quo casu statim hominum oculis subducta, in qua *Taschkur* legitur. Sed magis confirmant hujus Hydrographiae Codd. MSS. duo in Bibl. Acad. Scient. asservati No. 127 et 128, in quorum priore semel *Taschkur*, sed altero loco *Taschkun*, in No. 128 autem utroque loco *Taschkun* scriptum est.

7) Vid. egregiam cel. Pansneri Tabulam geographicam a. 1816 Petropoli russice editam sub titulo: *Tabula partis mediae Asiae, cont. terras Kirgis-Kasakorum, Karakalpakorum, Truchmenorum et Bucharensium.*

septem⁸⁾, sex ab Otrar s. Farab⁹⁾), a Sairam 160 mill. Russ. *antiq.*¹⁰⁾). Nam, teste Katib - Tschelebi l. c. p. 353, auctor libri geographicci inscripti هفت شانش قدیم شهر لرندر بنکت دخی اقلیم s. *Septem Climata*¹¹⁾ refert: شانش قصبة شانش بنکت دخی i. e. Schasch, una de antiquis urbibus, etiam Benaket vocatur, hodie autem nomine Taschkend nota est. Item ex Ferheng-Schüuri, Lexico Persico-Turcico, Meninskius annotavit: جاچ جاچ s. *Dschadsch seu Tschadsch*¹²⁾ nomen urbis in Turcomaniā, alias sub nomine Taschkend notae. In eandem sententiam etiam Petis de la Croix¹³⁾ et *Tabula Tatariae magnae Strahlenbergiana*. Quod Auctor Septem Clamatum ait, Schasch etiam Benaket vocari, id videri posset potius de primariā parte urbis Schasch intelligendum esse. Nam in *Tabulis geogr. Nasireddini et Ulugh-Beigi*¹⁴⁾ legitur بنکت قصبة شانش, quod vertere licet: *Benket media s. primaria pars Schaschae* (la cité de Chache). Verum قصبة, vocabulum πόλισημον, alium adhuc sensum admittit; significat enim praeterea metropolin, arcem, emporium etc. Atque postremam notionem ei attribuit Gravius, vertens: *Pencat emporium Shash*; et diversam pluribusque mill. distantem a Schaschâ urbem faciunt tum Herbelotus¹⁵⁾ Abu-l-Fedam, nisi fallor, sequutus, tum Ibn-Haukal¹⁶⁾, tum *Tabulae Forsteriana*¹⁷⁾, Arrow-Smithiana,

Wah-

8) Sic Katib Tschelebi in *Dschihan-Numa* سه قندن یدی مرحله شرقه دوشر.

At Witsen in *Noord' en Oost Tartarye* 2 Dr. p. 471: zes dagen reisens westwaerts (?) van Samarkand af gelegen.

9) *Histoire de Timur-Bek par Cherefeddin IV*, 249.

10) Vid. *Prisca Hydr. Russ.* l. c.

11) Est is Amin Muhammed Rasi, qui initio saec. p. C. XVII scripsit.

12) Sic enim Persae pro شانش. *Dschih. Num.* شانش مغرب چاچ در.

13) Ad *Hist. de Timur*-B. I, 27. 148. 465 et passim.

14) Ed. Jo. Gravii, p. 25 et 57.

15) Art. Benaketh, et Benkath, et Schasch.

16) In *The oriental Geography*, transl. by W. Ouseley p. 265 (ubi pro سکت leg. jam alibi monui) et 280.

17) Quae, ut Arrow-Sm., Benkat et Schahrochja promiscue habet, male.

Wahliana¹⁸⁾, Pansneriana¹⁹⁾. Quanquam id si admiseris, statuendum est urbi etiam Benket fuisse datum nomen Taschkend. Scilicet non solum apud Witsen (l. c. p. 475 lego: onder de oude Steden is 'er een Berekat [leg. Benkat] als Hooft - Stad, nu Taskad [leg. Taaskend] genaemt, sed etiam apud 'Abd-ul-Kerim)²⁰⁾ Benagut, commonly called Taschkend. Turbatum aliquid hic esse, nemo erit qui neget. Spero me id tempore ad liquidum perducere posse. Tu vero id teneas velim, lector, nomen Taschkend apud auctores antiquiores, veluti Ibn-Haukalem, Edrisium, Tusium, Elmacinum, Abu-l-Faradschum, Ibn-ul-Wardum, Abu-l-Fedam, quid? apud Bakuwium non occurrere, ut qui solam appellationem Schasch novisse videntur. Illam invaluisse puto aetate Timur-Lengi, unde, si recte memini, Scheref, Mirchond, Chondemir, Ibn-'Arabschah urbem nostram non Schasch, sed Taschkend nominant, certe in Timur-Lengi rerum gestarum narratione. Nam non est, quod mireris, eosdem in antiquioris memoriae historiâ nomine Schasch uti, quippe ex auctoribus hauriebant nomen illud recentius (ita necesse erat) ignorantibus; anachronismi autem culpam contraxisserent veteri nomini recentius substituendo. Talem in se admisisse censendus est Abu-l-Ghasi²¹⁾, Taschkendam ab Ughus-Chano expugnatam referens, quamquam idem in historiâ rerum a Dschingis-Chano gestarum recte, ut videtur, nomen Schasch retinuerit; nullus enim dubito, quin Astasch اسناش, quod tam in vers. Gall. p. 271, quam in Germ. Messerschm. p. 111 et Kehrianâ (Mspta) legitur, ex الشاش Asschasch, secundâ litterâ l minus in altum porrectâ, corruptum sit. Sed fieri potest, ut huic urbi antiquissimâ memoriâ idem nomen, quod recentiore, fuerit. Celeb. Hager²²⁾ tam Πετραν ab Arriano et Curtio memoratam, quam Λιθιον Πυργον

seu

18) Quae Schascham et Schahrochijam minus recte pro una eademque urbe habet.

19) Quae της Benkat, tanquam alterum nomen, Schasch addit. Vid. mox Witsen et Abd-ul-Kerim.

20) In Memoirs — translat. by Gladwin p. 54. (cit. Sprengel in Gesch. der wicht. geograph. Entdeck. 2te Aufl. p. 189.)

21) Histoire genealogique des Tartars p. 49.

22) In libro qui inscribitur: Λιθιον Πυργος ossia Forte di Pietra, Castello antico ecc. Milano, 1816.

seu *Turrim lapideam Ptolemaei*²³⁾ in *Taschkend* latere existimat. Tenendum enim est طاشكند (scribunt et تاشكنت) proprio idem valere atque *urbem lapideam*, a tasch, lapis, et kend, urbs, quam posteriorem significationem, hodieque Bucharis usitatam, jam *Tabari*²⁴⁾ annotavit: بخاران ترکي شهر کند بود.

6.

Cus. *Samarkandae* سنه سبع وعشرين وثلاثين anno trecentesimo vicesimo septimo (Chr. 938, 9). In inf. A. II. nomina Chalifae الراضي بالله *Raszi-billah*, et Emiri nostri نصر بن احمد *Nasr ben Ahmed*.

7.

Cus. *eddem in urbe*; anno سنه سبع وعشرين وثلاثين trecentesimo vicesimo octavo (Chr. 959, 940). Reliqua eadem sunt atque in N. 6, nisi quod hic in imâ A. I. siglum ε repetitum cernitur.

8.

Cus. *in Schasch*, a. eod. (528). Quod ad reliqua, convenit cum N. 6.

9.

Cus. *Samarkandae* سنه ثلاثين وثلاثين anno trecentesimo trigesimo (Chr. 941, 2). Nomini Emiri nostri antecedit nomen Chalifae, qui tunc erat, Mutteki lillah, satis attritum. Notatu dignum est nomen علي Ali (vid. Tab. I.) in inf. A. I. obvium. Numquid forte ille علي بن حبويه est, cuius mentionem facit Mirchond. in *Histor. Samanid.* ed. Wilken. p. 42?

10.

Cus. سنه احدى وثلاثين وثلاثين a. trecentesimo trigesimo primo (Chr. 943), qui huic Emiro extremus exstitit. Nomen loci tantum non evanuit. Initium quidem باند esse videtur, neque tamen legi in Enderabe extrema vocis, ut evanida, patiuntur. Notari velim figuram litterae ω in الدارم احدى et ut

23) Vide Mannert's *Geogr. der Griechen u. Römer.* T. IV, 479.

24) Apud W. Ouseley V. Cel. ad *Ibn-Hauk.* p. 298,

ut quae ad ط vel ص Cuficum accedit. In A. II. **الْمَتَّقِي بِاللَّهِ** *Mutteki-billah* Chalifa et نَصَر بْنُ أَحْمَد Nasr filius A'hmidis Emir. Quod ad Chalifae nomen, moneo id formâ variare, modo, ut hîc, **الْمَتَّقِي بِاللَّهِ** *Mutteki-billah* (vid. Tab. I.) modo **الْمَتَّقِي لِلَّهِ** *Mutteki-lillah* exaratum. Priore scribendi modo utuntur Masudi²⁵⁾ et Lubb T., et, praeter nostrum numum, alii etiam cusi ab Emiro Nasr in Nischabur a. 330; nec non ab Em. Nu'h in Schasch a. 533. Alterum autem Abu-l-Feda, Abu-l-Faradsch, atque numi, non solum Samanidûm Nafr et Nu'h, illius quidem Samarkandae a. 330, hujus ibid. aa. 532 et 533, item plures Hamdanidarum²⁶⁾ et numus Achschidicus²⁷⁾, sed etiam numi ab hoc ipso Chalifâ cusi in urbe Bagdad aa. 329 et 550 tuentur, unde facile inducor ad hunc scribendi modum **الْمَتَّقِي لِلَّهِ** *Mutteki lillah* alteri praeferendum. Per linguae quidem rationem uterque stare potest, licet vi suâ propriâ paullulum differant. Scilicet **أَنْتَ** seq. Accus. significat *timere, vereri*, at sequente ب *praesidio alicujus sese tueri, defendere, ab injuriis etc.* Prioris usus exempla ubique prostant; posterioris, utpote rioris, geminum hoc afferre visum est. Meidan. apud Reisk. ad Abulf. *Annal.* V, p. 585: **كَنَا إِنَّا أَحْمَرْ**
بَعْضُهُمْ يَلْطِبُهُ وَهُوَ يَنْتَقِي *ingravescente calamitate, praesidio legati divini nos tuiti sumus;* et ipse Abulf. in *Ann. II.*, p. 224: **إِنْتَفِي** *aliquis ei colaphos continuo ingerebat, a quibus ille manu sese tuebatur*
s. quos manu objectâ avertere studebat. Igitur **الْمَتَّقِي لِلَّهِ** *Mutteki-lillah* de-notat: *Timens Deum* (Fürchtagott), **الْمَتَّقِي بِاللَّهِ** *Mutteki-billah* autem *Dei praesidio sese protegens.* Quod restat, tertiam hujus nominis lectionem **الْمَقْتُفِي** **بِاللَّهِ**, apud Elmacin. et in Iskender - Nameh²⁸⁾ obviam, ut nullius monumenti fide probatam, respuendam esse patet.

25) In Notices et Extraits I, p. 65.

26) Vide Eichhorn. Repertor. XVIII, p. 6 sq.

27) Apud Adlerum in Mus. Cuf. Borg. II, p. 144.

28) v. S. Assemani Catalogo de' Codicior. della Bibl. Naniana I, p. 135.

Nomen monetae, unde hic numus prodiit, plane deletum. Cusus est **أَنْتَنِي وَثَلَاثَيْنَ وَثَلَاثَيْنَ** anno trecentesimo trigesimo secundo (Chr. 943, 4). Nomen Chalifae corruptum; dixeris exaratum esse **الْبَنْجِي لَطِيفٌ** (vid. Tab. I.) pro **نَصْرٌ بْنُ أَحْمَدٍ**. Puto sculptorem ad extremum vocabulum versus sequentis **أَنْتَنِي لَهُ** aberrasse. Annum 332 quum non attigerit Emirus Nasr ben Ahmed, mortuus mense septimo anni 331, primo animus inclinabat ad suspicandum, **أَحَدِي** in hoc numerali unitatis (quod vid. in Tab. I.) latere et legi debere 331; atque id quo mihi probabilius videretur, efficiebant numi A'hmidis ben Ism. in Mus. Acad. Petr. obvii, in quibus idem numerale simili modo formatum occurrit, quod ubi legeris 302, in eandem incidis difficultatem; nam A'hmmed jam a. 301 periit. At nolo in Cuficis temere agere. Credo omnino legendum esse **أَنْتَنِي** et statuendum, duos diversos typos ad singulos numos adhibitos esse. Atque sane numum Pflugianum si bene contueris, non potes non percipere characterum Cuficorum in A. I. et II. obviorum differentiam aliquam; et quod ad numum Mus. Acad. laudatum attinet, inveni inter numos Nasri fil. A'hmidis, qui in typo Areae I. cum A. I. illius A'hmmedi convenit. In **أَنْتَنِي** autem aliquantum immorandum mihi arbitror. Ita legendum mihi visum, propter reflexam ultimae litterae caudam, quae non potest esse nisi **يٰ** (vid. Tab. I.). Atque haec quidem hujus no. numeralis forma supra (N. 3.) in recte habebat; sed vero hinc, sequente numero vicenario, hanc formam admittere non licet: non dicendum **سَنَةً أَنْتَنِي وَعَشْرَيْنَ**, sed **سَنَةً أَنْتَنِي وَعَشْرِيْنَ**. Statuas igitur oportet, in illo peccatum esse a monetario vel typoplaste parum perito attentove, quemadmodum simili in caussâ passim peccârunt librarii, veluti in Makrisii Histor. mon. Ar. p. 59. Absque reflexâ illâ ultimae litterae caudâ foret, equidem pro *contracto* **أَنْتَنِي** haberem. Etenim hoc vocabulum, etsi ita, ut nil desit, scriptum habeas in numis Abbas. apud T. C. Ty chsen Com. I. de num. Cuf. ²⁹⁾ Tab. I, 3 et apud Kehr. ³⁰⁾ N. 7, in numo Saman. apud Aurivill. ³¹⁾ Tab. I, 4.

et

²⁹⁾ In Comment. Soc. Scient. Goett. Vol. IX.

³⁰⁾ Monarchiae Asiatico-Saracenicae Status.

³¹⁾ De numis Arab. Disq., in Nov. Actorum Societ. Scient. Upsal. Vol. II.

et Umajad. apud Hallenb. ³²⁾ No. 4. inque permultis aliis, quos ego quidem oculis usurpavi, haud raro tamen contractum in breve et أَسْنَى scriptum deprehenditur, veluti in numo Umaj. apud Tychs. l. c. T. I, 2. in Abb. apud Auriv. T. III, 2. in Sam. apud Tychs. l. c. T. II, 14, in Musab. apud Adler. ³³⁾ T. II, No. 85, in Achschid. ib. No. 93, in Umaj. Hisp. apud Hallenb. No. 8 etc. Quid? quod in numis unius ejusdemque principis annique orthographiam hujus vocabuli variare deprehendi, sicuti in aliis Ismailis Samanidae numis a. 292 plene أَثْنَتِينَ, in aliis أَسْنَى contracte scriptum; sic numi Emiri Nasr b. Ahmed a. 302, alii Schaschae et Samarkandae cusi integrum, alii Balchae, Enderabae, Nischaburae cusi contractum exhibent illud vocabulum. Nec erit qui hanc contractionem in numis obviam magis miretur, quam quae alia in iisdem passim deprehenduntur contracta, ut مَادِينَ, مَايِتَبِينَ pro صَدِنَ, وَثَلَاثِينَ pro مَلَكَتِينَ كَلْسَانَ, الْمُسْكَفِيَّ أَثْنَتِينَ. Id vero mirabitur quisquis grammaticam memoriam tenet, qui fieri possit, ut forma أَثْنَتِينَ passim in libris ibi obtineat, ubi أَثْنَتِينَ dicendum erat. Notissimus linguae Arabicae canon vult, ut duo primi tantum numeri in genere cum nominibus masculinis vel foemininis concordent, sive simplices sive compositi. The Miut Amil publ. by Lockett disertis verbis docet (pag. 11 et 141.) dicendum esse: بَنَانِيَشُ الْجَزْرُ الْأَوَّلُ، scil. Nihilominus in auctorum Arab. libris أَثْنَانَ in numeralibus compositis passim deprehendi cum vocabulo gen. foem. constructum. Evolvas quaeso Abulf. Ann. invenies T. I, pp. 248. 266. 354. 370 etc. (— أَثْنَتِينَ وَعَشْرِينَ (وَثَلَاثِينَ وَسِنَةً، item Makris) in Chrest. de Sacianâ, ubi quum p. 80. recte scriptum fuissest سِنَةً أَثْنَتِينَ وَأَثْنَتِينَ وَأَرْبَعَمِائَةً pag. 93. minus recte exstat; ne tangam Erpenii Elmacinum et Schultensii Vitam Salad. In Abu-l-Faradschii Hist. dyn. a Pocockio editâ non memini me hoc quidquid est vitii deprehendere.

Vo-

32) Collect. numor. Cuficor.

33) Museum Cuf. Borgian.

34) Disserui hoc super argumento in Comment. de Onyche Cufico Sorano - Neapolitan.

Vocabulum انتنیین, eo, quo dixi, modo *contractum*, nonnullos peperit errores, quos hac oblata occasione notare visum est, ut in posterum caveantur. Ill. T. C. Tychesenius numum aliquem Umajadicum primo (in Com. I. p. 111. Tab. I, 2.) ad a. H. 102 recte retulerat, modo minus recte legerat تلثین; deinceps autem (in Com. de num. Ar. Hisp. p. 87.) legere maluit, ita ut numus anni 130 sit, assentiente b. Tychesenio (*Introd.* p. 47.). Sed duumviri eruditissimi minus advertisse videntur quod انتنیین inter et تلثین in Cuficā scripturā intercedit discrīmen. اسن, *contractum* ex انتنیین, ita exarari solet, ut et prima littera ﺃ, plerumque sequenti juncta, et tertia procerius emineant, vel salīt̄ sola prima. Exempla suntō ex Auriv. Tab. III, 2. Tychs. T. II, 14. Contra تلثین sic fere scribitur, ut secunda littera ل superemineat reliquas, veluti apud Aur. T. III, 3. et al. Jam vero non hoc, sed illo priore modo in Umajade Goetting. exaratum est numerale dictum, et distinctius adhuc in ejusdem exemplo, quod Museum Acad. asservat; unde hic numus omnino anno H. 102 vindicandus est. Eadem me cogit caussa, numum Umajadicum in urbe Sarendsch cusum, quem in Numophylacio Or. Potot. a me adumbr. pag. 15. ad a. H. 130 retuleram, jam et ipsum ad annum 102 referre.

b)

12-23. *Numi a Nūh filio Nasri, Emiro Saman. quinto cusi*

12.

Cus. Samarkandae سنة اربع وثلثين anno trecentesimo trigesimo quarto (Chr. 945, 6.). In inf. A. I. siglum ع bis positum conspicitur (v. Tab. I.). In A. II. inf. nomen Chalifae Mustecfi - billah, sed vehementer usu attritum, et Emiri nostri Nu'h ben Nasr.

13.

Cus. *ibid.* سنة خمس وثلاثين وثلاثمائة *anno trecentesimo trigesimo quinto* (Chr. 946, 7.). In inf. A. I. siglum ع bis, sed alterum inverse positum. In A. II. nomini Emiri نوح بن نصر *Nuh ben Nasr* superpositum nomen Chalifae مصطفى الله *Mustecfi billah*, quamquam hunc jam a. 534 imperio exutum

et

et excoecatum fuisse constat. Eadem res mira, quae jam Aurivillii (l. c. p. 89.) animum pungebat, Adlero autem (l. c. T. II, pag. 62.) nullo jure suspecta visa est, nobis offeretur etiam in numis aa. 336, 337, 338, quin a. 340 et proxime sequentis, etsi Chalifa ille a. 558 fato defunctus erat. Ejusmodi anachronismorum in numis obviorum originem etiamsi alibi plerumque a vetusto typo ad alterutram aream per errorem male adhibito repetere liceat, hic tamen quominus rem eodem modo explices, cum magna hujus generis numerorum multitudo, tum non una, unde prodiere, moneta impedit. Quidquid enim numorum argenteorum ³⁵⁾ per annos 335, 336, 337, 338, 340, 341, 342, 343 ab Emiro Nu'h b. Nasr, et per annos 344 et 345 ab Em. 'Abd-ul-Melik cusum est, nomen Chalifae Mustecfi prae se fert. Per tantum temporis spatium nunquam non erratum esse quis existimet? quis simili modo erratum in omnibus, unde illi numi profecti sunt, monetis, Samarkandam dico, Bocharam et Schascham? Fieri igitur non potest quin statuamus cum b. Reiskio, b. Tychsenio et ill. S. de Sacy ³⁶⁾, nominis Mustecfi in dictorum Emirorum numis serius obvii caussam fuisse inimicitiam, quae his Samanidis cum Mu'ess-ud-daulâ Buweihide intercedebat, eamque a Nu'ho et 'Abd-ul-Meliko manifestatam esse eo quoque, ut Mustecfium, utut ab imperio remotum atque adeo fato defunctum, Chalifam agnoscere, quam Mutîum ei a Buwaihide datum successorem maluerint.

14.

Cus. eodem anno 335, sed, ut videtur, in Schasch, insignitus in A. II. nominibus Chal. Mustecfi billah et Em. Nu'h b. N., de quibus redi ad N. modo praeced. In summâ A. I. siglum, quod ^م legeris, esse videtur.

15.

Cus. ^{سَتْ وَتَلْثِيْعْ وَتَلْثِيْأَةْ} Bocharae, anno trecentesimo tricesimo sexto (Chr. 947, 8). In supr. A. I. punctum majusculum, in imâ litteris minusculis ^{نَصْر} (ut videtur) bis, sed alterum inverse positum (v. Tab. I.). In alio

numo

35) Ab aeneis Samanidarum numis nomen Chalifae abesse solet.

36) Vid. Beyträge zur Muh. Num. aus St. Petersb. ad N. XLVIII.

num Bocharensi hujus ejusdem Emiri et ami, quem in Beyträgen etc. I. modo c. illustravi, idem nomen نصر bis, sed recte scriptum conspicitur. In A. II. nomina eadem ac in N. 13, ad quem redeas velim. Sed moneo, tum hic, tum in alio numo Bocharensi a. 338, qui in Museo Pflugiano (vid. Tab. I, No. *) et in Museis Imperiali Petropol. Regioque Dresdensi³⁷⁾ reperitur, الْمُسْتَكْفِي بِاللَّهِ male scriptum esse pro بالله. Notandum etiam id est, hunc numum alterumque I. c. a me editum Bocharae cusos esse, quo tempore ibi primum Ibraium patrum Nuhi, deinde Muhammedem, Nuhi fratrem, ab Abu-'Ali res novas moliente ad Emiratum evectos esse Historia tradit³⁸⁾. Denique nec hoc dissimulabo, fieri posse, ut hic numus idem sit cum eo, cuius Auriyill. I. c. p. 89. mentionem verbulo fecit.

16.

Cus. Samarkandae, a. سبع وثلاثين وثلاثمائة trecentesimo tricesimo septimo (Chr. 948, 9). In supr. A. I. circulus, in inf. ع bis. In A. II. eadem nomina, quae in N. 13.

17.

Cus. *ibid.* a. ثمان وثلاثين وثلاثمائة trecentesimo tricesimo octavo (Chr. 949, 950). In inf. A. I. siglum ع bis. In A. II. eadem, quae in N. 13.

18.

Cus. *ibid.* a. اربعين وثلاثمائة trecentesimo quadragesimo. In inf. A. I., loco sigli repetiti ع, flosculi cernuntur (v. Tab. I.). Reliqua ut in prox. praeced.

19.

TAB. I.

Numus *unicus*. A. I. elogium more consueto conspiciendum praebet. M. int.: Numus *unicus*. A. I. elogium more consueto conspiciendum praebet. M. int.: بِسْمِ اللَّهِ ضُرِبَ صَدَا الدِّرْهَمِ بِخَارًا سَنَةً أَبْعَدِينَ وَثَلَاثَائِةٍ

³⁷⁾ Eichh. Rep. XVIII, p. 12.

³⁸⁾ Vid. Mirchond. ed. Wilken p. 58 fqq. et Herbelot. art. Nuh ben N.

numus argenteus cusus est Bocharae anno trecentesimo quadragesimo (Chr. 951, 2). Nota litteram in اربعين ر a sculptore hallucinante omissam. Margo ext.: مهـ امر بـهـ الـمـلـكـ الـمـوـيـدـ اـبـيـ مـحـمـدـ نـوـحـ بـنـ نـصـرـ s. (Hic numus est) ex iis, quos (cudi) jussit Rex divinitus corroborandus, Abu Mu'hammed Nu'h Ben Nasr. Elogium Areae II. idem est, ac quod in numis proxime praecedentibus, scil. supra لـهـ, dein altera pars symb. sunnit., tum nomen Chalifae, quod hic perperam scriptum المـسـكـ، omissa ئـ، denique Nomen Emiri نـوـحـ بـنـ نـصـرـ. Margo, ut assolet, versiculum illum Koranicum continet.

Numus hic ob epigraphen in marg. ext. A. I. obviam notatu dignissimus est. In locum, quem in numis Samanidū argenteis tantum non omnibus versiculus Koranicus لـهـ اـلـامـ etc. occupat, hic primo et unico exemplo successit formula, quam alibi non nisi in numis *aeneis* horum Emirorum deprehendi. Ex hac autem epigraphe discimus, quod nec Auctor aliquis nec monumentum aliud nos docet, nostri Emiri hyronymicon fuisse *Abu-Mu'hammed* (Pater Mu'hammedis). Docet praeterea, Nu'hum non solummodo titulo اـلـمـوـيـدـ Emir 'Hamid s. Emir laudabilis s. praeclarus, ut Abu-l-Feda et Mirchond tradunt, sed etiam الـمـلـكـ الـمـوـيـدـ Melik Muajjed s. Rex divinitus corroboratus s. corroborandus gavisum esse³⁹⁾). hic autem, quod epitheton principibus Muslemicis perquam adamatum fuisse historia docet, pro اـلـمـوـيـدـ بـالـهـ⁴⁰⁾ possum est, de qua ellipsi disserui in *Comm. de oirache Cufico Sorano-Neapolitano*. Cf. N. 29.

20.

Locus annusque in hoc numo minus distinctus. Prior tamen Schasch, alter اـرـبـعـينـ [وـ]ـثـلـثـاـيـةـ trecentesimus quadragesimus esse videtur. In supr. A. I. مـهـ (vid. Tab. I.). In A. II. nomina Chalifae et Emiri ante memorata leguntur.

21.

39) Coll. Reisk. in Eichh. Rep. T. X, p. 238.

40) Ubi vero pro اـلـمـوـيـدـ مـوـيـدـ الـدـيـنـ possum, memento pronuntiandum esse اـلـمـوـيـدـ Muajjid.

21.

Cus. Schaschae سنة أحدى وأربعين وثلاثمائة *a. trecentesimo quadragesimo primo* (Chr. 952, 3). In supr. A. I. مس, ut in praeced. In A. II. eadem quae in N. 13.

22.

Cus. Samarkandae، سنة اثننتي وأربعين وثلاثمائة *anno trecentesimo quadragesimo secundo* (Chr. 953, 4). اثننتي (vid. Tab. I.) male اثننتي. Redi ad N. 11. In inf. A. I. ع bis. In A. II. hic quoque نوح بن نصر et المستكفي بالله.

23.

Cus. Samarkandae, *a. trecentesimo quadragesimo tertio* (Chr. 954), quo a. diem supremum obiit Nu'h. In reliquis convenit cum NN. prox. praecedentibus.

c)

24—28. *Numi ab Abd-ul-Meliko, sexto Emiro Sam., cusi.*

Hujus Emiri numorum non nisi unus editus ante me exstabat, vid. b. Tychs. Addit. p. 28. Sunt enim rariores. Deinde ego ex Museo Potot nonnullos in medium produxi tum in Schediasm. tum in Numoph. adumbr. Iis jam adde hos quinque pariter ineditos.

24.

Cus. Samarkandae (?), سنة ست وأربعين وثلاثمائة *anno trecentesimo quadragesimo sexto*. In inf. A. I. ع bis, sed longius porrecto apice medio. In A. II., post ﷺ etc. الْمُطَبِّع لِلَّهِ *Muti-lillah*, nomen Chalifae, et عبد الملكي *Abd-ul-Melik*, nomen Emiri. بن نوح

25.

Cus. Schaschae, *a. سبع وأربعين وثلاثمائة trecentesimo quadragesimo septimo* (Chr. 958, 9). Nota copulam, τῷ أربعين praefigendam, male omissam esse.

In

In summâ A. I. vocabulum, quod عبد legendum videtur (vid. Tab. I.). A. II. eadem est atque Numi 24.

26.

vid. TAB. I.

Numus unicus, notatu dignissimus; diffractus. Hujus A. I. non, ut assolet, duobus marginibus, sed uno tantum cincta, in quo locus annusque notatus. Loci nomen, tantum non deletum, ab initio habet بـa distinete expressum; reliqua ejus pars haud scio an ذئربـة fuerit, ita ut hic numus *Enderabae* signatus sit, quam quidem monetam universa typi ratio mihi innuere videtur. Etiam numerale unitatis obscurius; facile autem inducor, ut credam سبع esse, ita ut anni سبع واربعين وثلاثمائة trecentesimi quadragesimi septimi sit (Chr. 958, 9). Post conspicitur vocabulum (بـاهـة) e ductibus elicueris), quod, nisi male repetitum est, me capere nego. In infimâ A. I. نصر من الله i. e. *Auxilium a Deo* (venit). A. II. عبد الملك || عبد الله i. e. *Deo celebrando!* || *Mu'hammed legatus Dei est.* || *Abd-ul-Melik.* || *Alp-Tegin.* || *et victoria instans.* M. confinet notum illum versiculum Koranicum, sed desunt vocabula كلـه ولو كـره. Patet ultimos versus A. I. et II. conjungendos esse. Sententia autem: *Auxilium a Deo* etc. e Korano 61, v. 13. desunita, et in Gemmis etiam a me deprehensa, hic ad certum aliquem casum alludere videtur. *Alp-Tegin*⁴¹) Turca ille est, qui, initio mancipium Ahmedis II. Samanidae, deinde manumissus magis magisque evectus, tandem regnante nostro Emiro Abd-ul-Meliko summus praefectus copiarum et provinciarum Chorasanicanum factus est, deinceps 16 annis in Ghasnâ et confiniis Indiae, spretâ aulae Samanidicae auctoritate, adeo unus dominatus, ut dynastiae Ghasnewidarum s. Sebucteginidarum primus auctor fundatorve dici queat. Consule de eo Herbelot. art. Alptegin. Deguign. Gesch. der Hunnen etc. II, p. 166 sqq. Notices et Extr. IV, p. 330. Mirchond. ed. Wilken p. 74 sq.

27.

آلب (41) *alp* pariter atque تـكـيـن *Tegin*, dialecto Turkestanica, fortissimum quemque, heroem, Bahadiirum indicant.

27.

Cus. سنه ثمان واربعين وثلاثمائة Bocharae, بخارا anno trecentesimo quadagesimo octavo (Chr. 959, 960). In supr. A. I. est, quod حب legendum dixeris. In A. II. praemissis praemittendis, المطبع لله عبد الملك بن نوح.

28.

Cus. Samarkandae, سنه خمسين وثلاثمائة trecentesimo quinquagesimo (Chr. 961). In inf. A. I. ع bis. In A. II. eadem, quae in modo praecedente.

29—43. *Numi cusi a Mansuro I. filio Nuhi I. septimo dynastiae Samanidiae Emiro.*

Hujus etiam principis numorum non nisi unus ante me innotuerat, editus ille ab Aurivill. l. c. p. 90. Hoc vacuum ego deinde explebam, editis e Museo Potot. quatuordecim admodum hujus Mansuri numis, maximam partem aeneis. Jam addo ex Museo Pflugiano quindecim alios, argenteos, in riorum numero habendos.

29.

Cus. أحدی وخمسین وثلاثمائة في بلخ in Balch, anno (sic) trecentesimo quinquagesimo primo (Chr. 962). In supr. A. I. legitur المظفر (vid. Tab. I.) i. e. *victoriosus s. perpetuo victor* (proprie suppl. بالله), quod subinde hic quoque additum, *in victoriā adipiscendā a Deo adjutus vel adjuvandus*⁴²⁾. Est pars tituli Emiri nostri المظفر، qui integer aliis in numis occurrit⁴³⁾. منصور بن نوح المطبع لله.

30.

⁴²⁾ In titulo مظفر الدين pronuncia qui fidem Muslemicam victricem reddit. Praemonstratus Saladini أبو المظفر utro modo pronunciaveris, sane non vertendum est cum Schultensio (in praef. ad Vit. Sal.) pater vincens.

⁴³⁾ v. Numophyl. Potot. adumbr. p. 30.

30.

Cus. Samarkandae, a. ٣٣٣ خمسين وثلاثمائة *trecentesimo quinquagesimo tertio* (Chr. 964). In supr. A. I. voculae nescio cujus vestigia. In A. II. eadem, quae in N. 29.

31.

Cus. بدلخ in Balch, ٣٣٣ خمسين وثلاثمائة *anno trecentesimo quinquagesimo tertio*. Nota نسخة perperam pro scriptum. In supr. A. I. vestigia tituli المظفر supersunt. In eadem A. insimâ س، ut videtur. A. II. eadem, quae N. 29. continet.

32.

Cus. Samarkandae, a. ٣٤٤ خمسين وثلاثمائة *trecentesimo quinquagesimo quarto* (Chr. 965). A. II. convenit cum N. 29.

33.

Cus. *ibid.* a. ٣٥٥ خمسين وخمسين وثلاثمائة *trecentesimo quinquagesimo quinto* (Chr. 966). In supr. A. I. فايف *Faik* (vid. Tab. I.), in ead. A. inf. litteris minusculis يعتقد *باليه* (vid. Tab. I.). Evasit quidem utriusque vocabuli initium evanidum; puto tamen me haec recte legisse et conjuncta cum فايف vertenda esse: *Faik in Deum firmiter credit*⁴⁴⁾. Per scripturam quidem licet etiam يعبد legere, sed per linguam non licet. A. II. eadem, atque N. 29, continet. — *Faik*, in A. I. memoratus, initio quideam mancipium quum fuisset (*Nuhi* quidem, filii Mansuri, juxta Kitab Jemini⁴⁵⁾); de cuius rei veritate est quod dubites), deinde summam auctoritatem in aulâ Samanidicâ nactus est. Jam sub Mansuro nostro monetae praefuisse eum oportet; occurrit enim ejus

no-

44) Similis epigraphe in Gemmâ No. 5. in Murrii Comment. de Sigill. Arab. (vide Car- donne's Geschichte von Afrika etc. Tomum III.) legitur: سالم يومن بالله i.e. *Salim in deum credit*. Male Reiske et Casiri apud Murr. l. c. p. 101. legerunt سلام — et verterunt: *Salus* (illi) qui in Deum credit. Nec سلام in Cuficis est, nec, etsi foret, hoc modo vertenda esset sententia.

45) Notices et Extr. IV, p. 336.

nomen in multis hujus principis numis, cisis aa. 554 et 555 Samarkandae, a. 558 Schaschae et Bocharae, a. 559 Schaschae et Enderabae (?), aa. 561 et 563 Schaschae. Eodem manere initio rerum Nuhi b. Mans. functus esse videtur, in hujus enim Emiri numis cisis Schaschae aa. 566 (?), 571 et 572 (?) nomen ejus legitur. Mirchond (ed. Wilk. p. 80.) eum vocat **يَكِيْ اُمْ** مَنْصُورْ **عَنْتَرِيْانْ دُوْجْ بْنْ مَنْصُورْ** *unum de spectabilibus Emiri Nuhi b. Mansur*, a quo, teste Kitab Jemini l. c. comes cubiculi constitutus est. Res ejus hoc Nuho regnante gestas cognoscere qui cupit, adeat Mirchond. et Kitab Jem. ll. cc. et Abu-l-Fed. Annal. II, p. 580 et 600.

34.

Convenit in omnibus cum N. 33., nisi quod duobus illis vocabulis in imâ A. I. obviis caret.

35.

Cus. Samarkandae, سَتْ وَخَمْسِينَ وَتَلْثَبَيَةَ *anno trecentesimo quinquagesimo sexto* (Chr. 966, 7). In summâ A. I. vocabulum exstat, quod dubium, **نُورْ** an **نُورْ** legeris, id indicare posset, sub signo coelesti Tauri hunc numum csum esse (coll. Prolus. meâ de Mus. num. Acad. Petr. p. 15.). Sin vero **نُورْ** arriserit, habere licebit aut pro contracto praefecti monetae nomine **نُورُ الدِّينِ** (quâ eâdem ratione quod supra p. 15. habuimus, pro **عَبْدُ اللَّهِ** **عَبْدُ اللَّهِ** s. **عَبْدُ اللَّهِ** et sim. positum conjecteris), aut pro nomine appellativo quod significet: *lux*, vera cognitio; quo sensu sumtum, fieri potest, ut, quemadmodum **حَقْ**, **حَقْ**, **عَدْل**, **عَدْل** aliis in numis Samanidûm obvia, ad dogma aliquod, vel ad symbolum nescio cujus, fortasse monetarii, alludat. — In A. II. inf. **الْبَطِيعِ الْمَلِكِ** **نُورْ** et **الْبَطِيعِ الْمَلِكِ**.

36.

v. TAB. I.

Cus. **سَتْ وَخَمْسِينَ وَتَلْثَبَيَةَ** *in Amol*, a. **بَامِل** *trecentesimo quinquagesimo sexto* (Chr. 967). A. I. in fine versus secundi, post **وَحْدَةٍ**, **أَ** superfluum conspicitur. In A. II. nota **لَمَّا** **وَحْدَةٍ** ab utrâque parte appositum. Versus quartus

tus nomen Chalifae **الظیع بن منصور**, quintus nomen Emiri **بن نوح** continet. Typi facies a numis Samanidicis adeo recedit, ut primo adspectu Buwaihidens tenere mihi viderer. Ob hanc numi hujus cum Buwaihidicis similitudine parum abest, quin credam *Amol*, ubi cusus est, non esse urbem Oxo apposita, alias **جیکون**, **امل الشنط**, **امو** dictam, sed metropolin Tabrestanae, haud adeo procul a littore meridionali maris Caspii sitam ⁴⁶⁾. Cui sententiae vide an non faveat expeditio, quam hoc ipso anno ab Emiro Mansuro, duce Waschmegiro et Simdschuro, contra Buwaiidas factam memoriae prodidit Mirchond. ed. Wilk. p. 76 sq.

37.

Cus. *Bocharae*, a. *ثلاثية خمسين وثلاثمائة* trecentesimo quinquagesimo octavo (Chr. 968, g). In supr. A. I. littera nescio quae. In A. II. Chalifae et Emiri nomina eadem, quae in prox. praeced.

38.

Cus. *بنی ساپور* in *Nisabur*, a. eodem. In supr. A. I. litteris minusculis expressum vocabulum conspicitur, quod etsi in medio laesum nullus dubito legere **الولی** (vid. Tab. I.) i. e. *Curator*, *Tutor*, *Vicarius* etc. Estne compendium scribendi **ولي الدين** vel **ولي الدولة**? an vero ad formulam Schi'iticam al-ludit illam: **علي ولی الله**? quo trahere etiam fortasse licet **علي ولی الله** et **عدل** in aliis Samanidarum numis obvia vid. No. 9. 42. A. II. congruit cum No. praecedente.

39.

Cus. **باندرابه** (?) *Enderabae*, anno ... *لهم* **خمسين** *لهم* **سبعين** trecentesimo quinquagesimo nono (Chr. 969, 970). Bis hic omissa copula; ultimum numerale corruptum. In supr. A. I. *Faik* (vide ad N. 55.). A. II. eodem, quo praecedentium, modo habet.

40.

46) Vide Abulfed. Tabul. XXI. (ed. Rinck p. 89.) *Histoire de Timur-Bek par Chevref. I*, 400. Gmelin's Reis. III, 448 sq.

40.

Cus. Schaschae, 'a. قنسع (سبع؟) خمسين تلثيمية trecentesimo quinquagesimo nono, an *septimo*, incertum est. Hic quoque inter numeralia interponenda copula bis deest. In supr. A. I. فايف *Faīk*. A. II. Chalifae et Emiri nomina eadem, quae in prox. praeced.

41.

Cus. Schaschae, (?) براسك in Rasek, anno سنتين وثلاثمائة trecentesimo sexagesimo (Chr. 970, 1.) (vid. Tab. I.). In A. I. supr. علي *Ali?* (cf. N. 9. et 58.). A. II. ut praeced. Rasek urbs Sedschestanae ab occidente Sarenschae sita. Conf. Not. et Extr. IV, p. 357 sq.

42.

Cus. Schaschae, anno، ut videtur، 561 (sic) أحد (sic) وسمن (sic) وثلاثها في العد، in inf. فايف *Faīk*. A. II. ut in praec. — Vox *Jac* rectitudo, aequitas etc., in numis Samanidarum Mansur I fil. Nuhi et Nu'h II fil. Mansur, plerumque una cum فايف *Faīk*, obvia, ad justum monetae pondus respicere posset, nisi ex conjecturâ ad N. 35. adductâ potius interpretanda sit.

43.

Cus. *ibid.* a. 563 (=Chr. 973, 4), ut opinor. In reliquis convenit cum No. 42.

Hic subsistunt hujus Musei numi Samanidici. Octavi Emiri Nu'h II fil. Mansuri, plures olim in medium produxi ex Museo Pototiano, et nonnullos alios ex Fuchsiano suo tempore producturus sum. Noni denique, Mansur II filii Nuhi, numus infra in lucem proferetur e Museo Nejelowiano.

Ut in aliis Numophylaciis, ita in Pflugiano numi aliquot Samanidici asservantur rudi Minervâ sculpti, deformi scripturâ Cuficâ, passim tam litteris quam vocabulis integris omissis. Ejusmodi monetae Cuficae abortus, dicam, an monstruosos partus, ego hic quidem nihil moror, quum nec testimonium aliquod historiae nec aliud quid commodi ex iis petere liceat.

—
NUMI

NUMI AB EMIRIS BUWAIHIDIS CUSI.

Buwaihidarum numi in rarioribus numerandi. Abhinc annos circiter decem non nisi decem innotuerant, editi a vv. bb. Reiskio, Aurivillio et Tychsenio. His tunc a me additi quinque sunt e Mus. Potot. et aliunde. Jam illis ex Museo Pflugiano accedant quatuor, inediti hi.

1.

Cus. ab *Rukn-ud-daula*, regnante Chalifà Muti'-lillah, inter annos H. 554 et 565, vel potius 558 (Chr. 949) et 565 (Chr. 974), nam mortuo 'Emad-ud-daulâ hunc numum signatum esse puto. Exemplo dentibus aevi vitiato, loci nomen annique nota plane oblitterata sunt. In A. II. alteri symb. sunn. parti subjecta: الْبَطِيع.. || رَكْنُ الْدَّلَلِ.. || بُو يَهٰ.. || أَبُو عَ.. || رُكْنُ الْدَّلَلِ || *Rukn-ud-daula* || *Abu-'Ali* || *Buwaih*. Pro *Buwaih* quidem proprie *Ben* (filius) *Buwaihi* dicendum fuisse; sed gens *Buwaih* Persicae vel Parthicae originis erat, Persae autem hoc *ben* passim in hac caussâ omittunt. Inde fit, ut haud raro in libris Persarum historicis plura nomina propria, quae per بَنْ vel بْنْ distinguenda erant, hoc vocabulo destituta in unum eundemque hominem congesta videantur; veluti Ilchanidarum ultimus in eorum scriptis audire solet أَبْنَهُ شِيخُ أَوْيَسٌ حَسَنٌ *A'hdib* شِيخُ أَوْيَسٌ حَسَنٌ *A'hmed Scheich Awis 'Hasan* pro: *A'hdib filius* τὸν Scheich Awis filii τὸν 'Hasan, et Soffarides 'Amru filius Leisi simpliciter 'Amru Leis. id quod historiarum libros volventi probe notandum est.

2.

vid. TAB. II.

Cus. ab *A'zsd-ud-daula*, dubium anno trecentesimo quadragesimo sexto (Chr. 957, 8) an tertio (Chr. 954, 5), nam deletis iis, quae numerali unitatis antecedunt, hoc tam pro سَتْ quam pro ثَلَاثْ habere licet. In eodem margine رَكْنُ الدَّلَلِ أَبُو عَلَى ante الدَّرْهَمِ هَذَا male excidit. In inf. A. I. *Rukn-ud-daula Abut-'Ali*, Emir - ul - Umara⁴⁷⁾, penes quem tunc summa rerum Buwaihidicarum erat cuiusque summum imperium a se agnosci addito ejus no-

⁴⁷⁾ In ejus vicem tamen hac dignitate Baghdadidi Mu'ess-ud-daula, frater ipsius, fungebatur.

mine professus est, qui hunc numum cudit, filius ipsius. Hujus autem nomen; in A. II., praemissio Chalifā **الْبَطِيعُ لِلَّهِ** *Mutī' lillah*, sic habet: **عَضْدُ الدُّولَةِ** *Afsd - ud - daula* (pr. brachium reip.) *Abu - Schodscha'* (pr. pater bellicos) *Husein* (pr. Pulchellus). Animo advertas velim hujus Emiri nomen Muslemicum *'Husein*, quod auctores nostros fugit.

3.

Ab eod. *Afsd - ud - daula* cusus anno *quarto*, reliquis numeris deletis. In A. I. inf. **رَكْنُ الدُّولَةِ** **أَبُو عَلَيٍّ** *Abu 'Ali*, in A. II. inf. **أَبُو شَجَاعَ الْبَطِيعِ لِلَّهِ** *Abu Shajā' al-Batī'ūl-lah*. Apparet, numum aut a. 544, aut 554 cusum esse debere. Posterius praestat, quia in numerali denario oblitterato nullam literam deorsum protensam video.

4.

v. TAB. II.

Cus. ab eod. *Afsd - ud - daula* **بَارْجَان** *Barjān* in *Arradschan* anno **ثُلُثَ رَكْنِ الدُّولَةِ** *trecentesimo sexagesimo tertio* (Chr. 973, 4). In A. I. inf. **وَسْتَبْنَ** **عَضْدُ الدُّولَةِ** **أَبُو عَلَيٍّ بُو يَه** *Abu 'Ali b. Yāh*. In A. II. praemissis praemittendis, **أَبُو شَجَاعَ**. *Arradschan* (sic in *Raufz - ul - Achjar* et, teste ill. S. de Sacy, apud *Ibn - Chilkanum*, aliis *Ardschan* audit vel *Ordschan*) castellum Chusestanae est, ad ditionem Tosterae pertinens, quamquam sint, qui ad provinciam Fars accenseant. Vid. Abulf. *Annal. III*, p. 512. et not. 573. *ejusd.* *Tabul. geogr. IX.* et *Ibn - Haukal* p. 95. 104. al.

NUMI A PRINCIPIBUS SIJARIDIS CUSI.

Sijaridarum nomine a plerisque scriptoribus Muslemicis recepto dynastiam, quae vulgo apud nos *Deilemitica*⁴⁸⁾ audit, appellare visum est propterea, quod Deilemitarum nomen generalius est ipsosque Buwaihidias complectitur⁴⁹⁾. *Sijaridae*

48) Sunt, qui *Dilem.* proferant. Sed *Dschih. Numa*: **بِيلم فتح دال آيله**.

49) *Dschih. N. p. 307:* **دولت بيلهيان بونلهه آل بويه دخي ديرئز**.

ridae autem, qui Wahschadanidis successerunt, ita vocati sunt a زیار *Sijar*, patre Mardawidschi et Waschmegiri; quamquam fieri potest, ut hoc nomen, in mirâ varietate apud auctores Muslemicos versans, cum 'Hamsâ Ispahanensis⁵⁰⁾, Katib Tschelebi⁵¹⁾ et Kabus - Nameh⁵²⁾ potius زیاد *Sijad* scribendum indeque illa dynastia *Sijadidarum* vocanda sit. Horum principum numi ante me in occulto jacebant. In Schediasmate de num. Saman. et Buw. primus quinque Sijaridicos inter medios Buwaihidicos in publicum dabam. Museo Pototiano, unde eas promseram, deinceps tres adhuc accesserunt. Gaudeo, quod *rariissimis* hisce numis quatuor ineditos e Mus. Pflugiano jam addere liceat, quos et Buwaihidicos non amplius loco sociandos censui.

5.

vid. TAB. II.

Cus. a *Bistun*, Waschmegiri filio et successore, بامن *in Amol*, quae urbs Tabrestanae est (vid. supra), سنه ثمان و خمسين و [ثلاثه] ماهه anno trecentesimo quinquagesimo octavo (Chr. 968, 9). — In altero, quod adest, exemplo loci nomen deletum est. — In inf. A. I. پیستون بن و شهکیر. (In alt. exemplo: ... پیستو... و شه...). In A. II. praemissis praemittendis, بیستون الْبَطِيع لِلّهِ || رُكْنُ الدُّولَةِ || ابْو عَلَیٰ بُویهه بھستون *Ali* [filius] *Buwaih*. — *Bistunum*, (aliis ینسون, هشون, aliis داستون vocandus visus est) qui inde ab a. H. 557 (al. 557) ad a. usque 566 in Dschardschanâ et Tabristanâ regnavit, non plane suaे auctoritatis fuisse elucet ex eo, quod, praeter Chalifae nomen, etiam Rukn - ud - daulam Emirarum Buwaihidarum supremum in numis, quos suâ in regiâ signabat, addere debuit.

6.

vid. TAB. II.

A. I: praeter consueta, الْبَطِيع لِلّهِ *Muti' lillah*. Margo int. indicat n. cusum esse احدي وستين و [ثلاثه] ماهه a. trecentesimo sextage-

50) Apud Reisk. ad Abulf. Annal. II, not. 279.

51) In Dschih. Numa p. 342.

52) Certe ex versione Turcicâ apud Diezium.

gesimo primo (Chr. 971, 2). Numerale medium, parum abfuit, quin pro *quinquagesimo* haberem; dubitavi tamen hanc admittere lectionem.

(رَكْنُ الدُّولَةِ أَبُو) عَلَيٌّ ظَهِيرُ الدُّولَةِ أَبُو مُنْصُورٍ
A. II. praem. praemittendis, وَشْكَيْرٍ i. e. *Rukn - ud - daula Abu 'Ali Szahir - ud - daula Abu - Mansur*
Waschmegir.

7.

vid. TAB. II.

A. I. inf. الطَّاعِيْعُ تَلَّا *Tai' - lillah*, Chalifa. M. *cus. est* etc. بَجْرَان
..... وَسَتَّيْنَ خَمْسَةَ دَسَّ in Dschordschan anno (trecentesimo) *se(xagesimo) quinto*
(Chr. 975, 6). خَمْسَةَ بَارِبَارِيَّةَ barbare pro خَمْسَةَ In A. II. eadem nomina, quae
modo ad N. 6. annotavi, leguntur.

8.

vid. TAB. II.

Cus. dubium بَارِجَان in Arradschan, an بَجْرَان in Dschordschan. (Hoc
animus, illud oculus avet,) anno (trecentesimo) *sexagesimo sexto* (Chr. 976, 7). In A. I. Chalifa *Tai' - lillah*. In A. II. eadem nomina,
quae ad N. 6 annotata sunt.

Hi tres numi, quos sub numeris 6, 7, 8 digessi, magnâ obstructi sunt
difficultate, quam hoc quidem loco non nisi leviter tangere licet. Primo ille
Szahir - ud - daula Abu - Mansur Waschmegir, in A. II. memoratus, quis est?
nam conjungenda haec nomina mihi videntur esse. An is, quem historia sim-
pliciter nominat Waschmegir filium Sijari? Et alibi auctores simili in caussâ
supplevere numi; nec esset, quod in titulo superbo ظَهِيرُ الدُّولَةِ *Opitulator*
reip offenderes, quum filius neposque Waschmegiri titulis non minus splendidis
Schems - ul - ma'ali (sol celsitudinum s. virtutum celsarum) et *Felek - ul - ma'ali*
(sphaera celsitudinum etc.) usi sint. At enim vero temporis ratio Waschmegiro
hos numos tribui haud patitur. Auctores autem Mu'hammedanos, qui eum
a. 356, vel 357, fato defunctum tradunt, erroris arguere quis audeat? quis,
eum tunc forte non nisi remotum ab imperio, deinceps Bistunum inter et Ka-
busum

busum denuo ad id evectum esse, conjicere sustineat? Numquid igitur statuendum, typos Partium adversae et aversae horum numorum non uni eidemque anno deberi? num ponendum, numos hos Bistuni esse, sed a parte posticâ veteri typo Waschmegiri per errorem cusos? Tale quid quam saepe numis Mu'hammedanicis acciderit, lege sis in meâ De Academiae Sc. Petrop. Mus. num. Prolusione pag. 31. 59. Verum id si non uno anno, sed per complures annos (561, 3, 4, 5, 6), non unâ in urbe, sed in pluribus (Amol, Asterabad, Dschordschan —) factum esse cogitaveris, hanc quoque conjecturam merito damnabis. Non igitur mihi suppetit nisi haec una difficultatem expediundi via. Existimo hos numos filio Waschmegiri, Bistuno, in cuius ipsius regnantis aetatem incurront, vindicandos esse, ei titulum *Szahirud-daula* et hyionymicon *Abu-Mansur* fuisse, eum, in his quidem numis omisso nomine proprio (Bistun), patronymico *Waschmegir*, ante quod **بن** *filius* ex more Persico mente supplendum, indicari voluisse, quo eodem modo etiam Buwaihidens Rukn-ud-dinun suis in numis rem instituisse supra vidimus, nam hic ipse, cui proprie nomen erat *Hasan*, hoc omisso, titulum (Rukn-ud-din), hyionymicon (*Abu-'Ali*) et patronymicon (Buwaih, id est filius Buwaihi) in numis suis poni voluit. Si quid novisti rectius istis, candide imperti.

NUMUS HAMDANIDICUS.

9.

vid. TAB. II.

'Hamdanidarum etiam numi in rarissimorum numero reponendi. Non sunt ad hunc diem in medium prolati, nisi quatuor, quibus quintum hunc, ineditum, a *Seif-ud-daula* cusum addit Mus. Pflugianum. A. I. **الله وحدة لا شريك له سيف الدولة أبو الحسن** i. e. *Non est deus etc.* — *Seif-ud-daula Abu-l-'Hasan*. M. interior: **سنة سبع و... (?)** *hic numus argenteus in Nesibin (ut videtur) anno septimo. Nesibin (Nisibis) nobilissimum Mesopotamiae oppidum est.* Margo ext. plane

4

de-

لَهُ مُحَمَّدٌ رَسُولُ اللَّهِ صَلَّى اللَّهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ الْمُطَبِّعُ لَهُ نَاصِرٌ
detrit. — A. II: لَهُ مُحَمَّدٌ رَسُولُ اللَّهِ صَلَّى اللَّهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ الْمُطَبِّعُ لَهُ نَاصِرٌ
— ابُو مُحَمَّدٍ — i. e. *Deo celebrando! Muḥ. leg. Dei est. Deus ei bene pre-
catus (propitius sit) et salutem praestet. Muti lillah. Nasir - ud - daula Abu-
Muhammad.* Margo notum illum versiculum Koranicum continet. Debet hic
numus aut a. 557 (Chr. 948, 9.) aut a. 547 (Chr. 958, 9.) cusum esse.

NUMUS CHORESMISCHAHICUS.

10.

vid. TAB. II.


Hoc numorum Pflugianorum agmen claudat Dirhem eximus, *unicus*, no-
tatu dignissimus. A. I. لا إله إلا الله وحده لا شريك له Non est Deus etc.
B. interior: بسم الله ضرب هذا الدهم بخوارزم سنة ثمانية وأربعين و
i. e. *In nomine Dei! Hic numus arg. cusus est in Choresm anno octavo et qua-
dragesimo et.* Notandum, male pro ثمانية الدرهم barbare pro
exaratum esse, denique numerum centenarium omissum. Marg. ext.
etc. — A. II. لَهُ مُحَمَّدٌ رَسُولُ اللَّهِ أَحْمَدٌ بْنُ مُحَمَّدٍ خَوَارِزْمٌ شَاهٌ i. e. *Deo
celebrando! Muḥ. leg. Dei est. Aḥmed filius Muhammedis Choresmischah.*
B. interior: بسم الله ضرب هذا الدهم بخوارزم سنة ثمانية وأربعين وثلثها
i. e. *In nomine Dei! Hic num. arg. cusus est in Choresm anno octavo et qua-
dragesimo et trecentes.* Hic quoque الدرهم et ثمان في vitio cubant, ية autem
تسع ملأية excidit. Annus H. 548 incip. d. 13. Mart. a. 959 aer. Chr.

Antiquissimus numorum est, qui ex monetā Choresmiana ad nos perve-
nerunt. *Choresm* eadem urbs, quae vulgo *Urgendsch* vel *Gurgendsch* audit.
Choresmia nomen a provinciā, cuius caput erat, accepit. Huic provinciae,
Samanidarum imperio subjunctae, praefecti erant horum Emirorum nomine,
titulo utentes *Choresmischah* s. *Schah Choresmiae*. Jam circa a. H. 309 talis
aliquis Choresmischah in castris Nafri filii Aḥmedis Samanidae contra No'ma-
num f. Lailae militabat. Temporis successu, quum Samanidarum auctoritas
jam vergere coepisset, ut aliis eorum provinciis, ita Choresmiae praefecti se
de



TAB.I

Ex Museo Pflugiano Petropoli.




C. Ad. Frachnii Nov. Symbol.

H. Koch in lap. Del. 1819.

TAB. II.

Ex Museo Pflugiano Petropoli.



Ad Fracnius Nov. Symbol.

H. Koch in Lap. Det. 1819



de ipsorum potestate subduxisse videntur. Hujus quidem rei testem locupletissimum habemus eum, quem tractamus, numum, qui Choresmiae cusus a. H. 348, tam Chalifae 'Abbasid., quam Emiri Samanidae nomine neglecto, solum nomen titulumque *A'hemd filius Mu'hammedis Choresmiae Schah* gerit. Atque sane, etiamsi nos hac in caussâ auctores nostri destituant⁵³⁾, videmus non ita multo post, regnante Nu'ho II et post eum, donec Choresmia Ma'mudo Ghasnewidae cedebat, suos huic provinciae regulos fuisse, veluti Ma'mun filius Mu'hammedis (mort. a. 387), Abu-'Ali filius Mamuni, Abu-l-'Abbas Mamun frater του Abu-'Ali. v. Abu-l-Faradsch *Hist. Dyn.* p. 553 sq. *Kitab Jemini* in *Not. et Extr. IV*, p. 556. 561—3. 598. *Mirchond.* p. 125. 130. 132. al.

Titulum ergo illum in historiâ Asiae notissimum *Choresmischah*, non tandem cum Kath - ud - din Ma'mudo, conditore dynastiae, quae nomine Choresmischahicae (الدولۃ الخوارزمیة) innotuit, ortum esse, nec ejus originem ab Haruno filio Altun - Taschi, cui, vicario suo in Choresmiâ, Masu'd Ghasnewides (a. H. 428—432) titulum Choresmischah attribuisse traditur, repetendam patet, siquidem jam centum annis et quod excurrit prius viguit.

53) Occurrit quidem in Isma'il. et A'hemedis, Samanidum, numis aliquis أَحْمَدُ بْنُ مُحَمَّدٍ بْنُ اَبِي الْكَوَافِرِ (vid. *Prolus.* m. p. 29. 40. et *Reisk. in Rep. X*, p. 197.) memoratus porro Mirchond ed. Wilk. (p. 54.) aliquis أَحْمَدُ بْنُ مُحَمَّدٍ بْنُ كَيْتٍ qui a. 301 Schehna Bocharae erat, — sed nostrum Choresmischahum frustra in libris circumspexi.

NUMI CUFICI
RARIE T NOTABILES
EX MUSEO

ILLUSTRISS. COMITIS DE MANTEUFEL
PETROPOLI.

ACCEDIT TABULA LAPIDE EXPRESSA.



NUM. CUNICOLI
S. P. A. T. O. N. T. E. I. A. L.
EX LIBRIS
ILLUSTRISS. COMITIS DE VANDENBERG
POTEGORI
ACCOLITI. TATTOA. VADIM. RYCHESCA



EX
MUSEO COMITIS DE MANNTUEFEL.

1.

Numus egregius, cusus بَاجِزِيرَةِ in *Dschesirā* (vid. Tab.) anno centesimo vigesimo septimo (Chr. 744, 5). Titulus reliquus ex numerum Umajadicorum instituto est. Dictus annus quum et Ibrahimum filium Walidi et Merwanum II filium Mu'hammedis Chalifatum gerentes viderit, incertum videatur, utri horum numus, nomine auctoris (ut omnes numi Umajadici) carens, attribuendus sit. Nullus tamen dubito, eum posteriori vindicare propter locum, ubi se cusum profitetur. In ejus autem nomine, in geographiâ numariâ Mu'hammedanorum ad hunc diem ignoto, noli offendere. *El-dschesira* s. ἡ νησος, quo nomine alioquin *Mesopotamia* Arabibus aliisque Muslimis appellatur, hic quidem non potest indicare, nisi ejus metropolin, *Maufil*, s. *Mosul*, in occidentali ripâ Tigridis sitam. Quae etsi hoc vocabulo nullibi alias mihi occurrerit, tamen solemnis Arabum mos fert ut urbs primaria ex nomine provinciae seu regni sui appellationem trahat. Vid. me ad Ibn-al-Wardii *Aegyptum* p. 78. et in *Prolus.* supra memoratâ pag. 10. Jam vero Merwan filius Mu'hammedis ante, quam amoto Ibrahim Chalifatum occuparet, praefectus (*Emir*) Mesopotamiae erat ¹⁾. Vid. *Abulf. Ann.* I, p. 466. et *Elmac.* p. 87. Haud dubium itaque est, hunc numum tunc cusum a Merwano esse, quum a. 127 cum copiis suis Mesopotamicis in Syriam contenderet Ibrahimum regno exuturus. Vid. *Abulfed.* l. c. et *Abu-l-Far. Hist. dyn.* p. 212.

1) Ab hac praefecturâ et ab animo intrepido (ut volant) cognomen حبار الْجَنِيْرَةِ (*Asinus Dschesiræ s. Mesopotamiae*) traxit v. *Elmac.* p. 89.

(o)

N. ab eodem *Marwano*, ultimo Umajadūm Chalifā, cusus بولط in *Wasit* anno centesimo tricesimo (Chr. 747, 8).

N. a *Mehdi*, Chalifā 'Abbaside, in *Mu'hammedijd* a. 168 (Chr. 784, 5) cusus. Hunc quidem, cuius exemplum etiam in Biblioth. Univ. Goetting. assertatur, cel. T. C. Tychsen in *Comment. de numis Selgiuc. et Mogol.* p. 91. jam produxit, unde accuratius describendi tituli ejus labore supersedeo. Quia autem siglum in imā A. II. obvium mihi cum viro doctissimo non convenit, delineari ejus quidem figuram in Tab. adjunctā curavi. Tu vero adi nostras *Beiträge zur Muh. Münzk.* aus St. Pet. ad No. I, ubi pluribus hac super voculā agimus et lectionem بکی vix admittendam esse probavimus.

3.

Num. in *Urbe Salutis* s. *Baghdadi*, a. 194 (Chr. 809, 10) ab Amino Chalifā cusus, insignis symbolo رَبِّي أَلَّهُ Dominus meus Deus est, quod in supremā A. II. cernitur. Hunc numum etsi jam in *Beiträgen etc.* No. XII. in medium protulerim animadversionibus illustratum, ejus formā Cuficā in Tab. additā; tamen hanc eandem sententiam, quam alii minus assequuti sunt, ex hujus Musei exemplo repetere visum est, quia litteram وَوَدِي vocis رَبِّي distinctius expressam exhibet. Vid. Tab.

4.

N., cus. بَهْرَيْنَة أَصْبَهَان in urbe *Ispahanae*, anno ducentesimo (Chr. 815, 16). In inf. A. I. legitur vocabulum illud, quod in Tab. vide quodque in aliis etiam numis obvium mihi أَلْبَشَرْفَ legendum esse visum est. In inf. A. II. دُوازِيَسْتَيْن. Reliquis numeri titulus, ut assolet in Abbasidicis. Disputantem me de illius nominis naturā adi si placet in *Beiträgen etc.* ad No. XIV sq.

5.

5.

N. A. I. solemnī more. M. indicat n. cusum esse بـهـدـيـنـهـ وـصـانـيـنـ in urbe Sarrendsch (vid. Tab.), سـنـةـ اـلـتـيـ عـشـرـ وـصـانـيـنـ anno ducentesimo nono (Chr. 824, 5.). A. II: supra, تـالـهـ تـعـدـهـ رـسـوـلـ اللـهـ, dein مـحـمـدـ, infra مـحـمـدـ Muhammed, atque infimo loco vocabulum, quod بـخـ euge! legendum censui (v. Tab.). M. ut solet, notum versiculum continet. — Numus hic egregius, unicus, in chalifatum Mamuni incurrit, cujus tamen nomen non est additum. *Talha* autem est filius Taheri, conditoris dynastiae Taheridicae, quem mortuo Tahero vicarium fratris 'Abdullahi b. Taher in Oriente (intra Tigrudem et Jaxarten) constituit Mamun. Vid. 'Hams. Ispahan. apud Reisk. ad Abulf. Ann. II. not. 144. cui adde Mirchondem in Histor. priorum regum Persarum fol. ψ et pag. 7. qui praeterea, Eodem, inquit, quo Taleha Chorasanae praeerat, tempore Hameza motus in provinciā Sistan excitaverat; quem cum, deducto illuc exercitu, post acrem pugnam devicisset, redactā in obsequium provinciā, in Chorasanam reversus est. Conf. Lubb Tar. p. 62. et Herbel. art. Thalehah. In hujus expeditionis tempus numus hic incidere videtur. Sarrendsch enim urbs primaria provinciae Sedschestan s. Sistan est, quam deinceps Taheridis Jakob Leisides eripuit. Sed superest in inf. A. II. nomen Muhammed. Id quem hīc indicet, ambiguum est. Verisimillimum mihi quidem videtur, intelligendum esse Muhammed fil. 'Abd - ullahi, fratris Tal'hae, cuius mentionem facit Mirchond l. c. p. 9. et 11. — Taheridarum numerorum unus solummodo hucusque in medium prolatus est, vide Numoph. Or. Potot. p. 26. Habes hīc alterum inter rarissimos numerandum.

6.

Num. rariss. notabilissim. A. I. ut vulgo, دـلـهـ etc. M: *In no. D. Cusus est hic Dirhem ... بـهـدـيـنـهـ وـصـانـيـنـ in Fodinis Ba ... سـنـةـ اـلـتـيـ عـشـرـ وـصـانـيـنـ anno ducentesimo duodecimo (Chr. 827, 8).* Illud *Ba* fortasse compendium scribendi est, quod passim nominibus urbium formandis inservit iisque hoc modo contractum praefigitur. Quod sequitur, جـغـيـشـ legeris. Sed mitto conjecturas. — Numerale unitatis paene dixeris legendum اـنـتـنـيـ; sed lege اـنـتـنـيـ. يـ finale annexum saepe eo loco, ubi praecedenti litterae conjunctum

est, in apicem erigitur. Vide me in Com. de Onyche Sorano - Neapol. شرّع autem pro حُلْمٌ, peccatum grammaticum est. — A. II. cincta in Marg. solemni versiculo Koranico, supra alteram symboli sunnitici partem sistit, quod legendum videtur بن خَلَد (vid. Tab.). Arcte quidem litterae praecedenti adhaeret, attamen in ipso quidem numo, non in Tabulâ, parvulus, qui infra cernitur, Sinus duo vocabula esse innuit. In inf. A. eâdem يَرِيد est (v. Tab.), quod conjungendum cum superiore حَلَد بن. Verum hoc nomen, sive خُلَد legendum, sive خُلَدْ جُلَدْ, mihi negotium facessivit. Frustra circumspexi hujus nominis Emirum vel alium praefectum. Occurrit quidem apud Ibn-Koteibam²⁾ aliquis Chaled filius Jasidi ineunte saec. III. post Fug. a Mamuno contra Muhammedem filium Sarii missus; sed Chaled خَالَد, non خَلَد arabice scripseris. Erit, spero, qui in hoc numo egregio explicando utatur successu prosperiore, quam quo mihi nunc quidem uti datum est.

2) Apud Reiskium ad Abulf. Ann. II, p. 683.

MUSEI

Ex Museo Comitis de Manteufel.

1.	2.	3.	4.
الجبل	بَرْدَةٌ	كَلْمَةٌ	فَسَوْ
—	—	—	—
5.	6.		
—	حَسَنَ	—	—
—	—	—	—
—	—	—	—

H. Koch. in lap. del.

KASANI

NOTABILES.

PRESSIS.

est, in apicem erigitur. V.
عَشْرُ autem pro ةَعْشَرِ, pecc
solemni versiculo Koranico,
legendum videtur خَلَدْ بْنِ
adhaeret, attamen in ipso
cernitur, Sinus duo vocabu
quod conjungendum cum si
legendum, sive خَلَدْ, mi
nominis Emirum vel aliun
teibam ²⁾ aliquis Chaled
contra Muhammedem filiu
bice scripseris. Erit, sper
cessu prosperiore, quam q

2) Apud Reiskium ad Abulf

MUSEI NEJELOWIANI KASANI

NUMI ASIATICI RARI AC NOTABILES.

PARTICULA I.

GUM DUABUS TABULIS LAPIDE EXPRESSIS.



MUSEI NELLOMIAINI KASVNI

NUMI ASIATICI HARIBAC MOTULAE

PATRICKI

SOU D'ABBEY TERRITORE VARIE EXPRESSE



EX

M U S E O N E J E L O W I A N O.

T A B. I. N. 1.

Num. rarissimus, sed proh dolor! damnosâ die imminentis. Quae supersunt, hunc in modum legenda mihi videntur: A. I.

(an vero خان ? شاه)

(السلطان f. ... ایان سبور)

ضرب

(غتمش f. ... س يركغي خلند)

(شیر آن ?)

.....

i. e. *Jarlyk* (s. Mandatum) *Sultani* (?) *Sujur - Ghatmysch Chani* (?), qui vivat! *Moneta Schirasensis*. Eorum, quae in hac Ar. infimâ fuere, non nisi apices supersunt. Ad laevam in margine, dubium سبعين septuagesimo an تسعين nonagesimo legendum sit. — A. II. continuit symbolum sunniticum, prout elucet e parte ejus quae superest postremâ رسول اللہ. Ad dextram credo fuisse عص، infra عنان، duo ex Chalifis quatuor prioribus. Quod in mediâ hac Areâ conspicitur Quadratum, haud scio an Tamgham Chani representaverit, quali Mogholos Tatarosve in numos suos admisisse alio loco pluribus expositum est.

Sujurghatmysh (recte autem hoc nomen hic mihi videor eruderâsse) male apud Ibn - 'Arabschah. I, p. 62 et 430. ed. Manger. scriptum est nec video quid editorem moverit ad damnandum veriorem. Non enim hic numus solum, sed omnes etiam libri secundam litteram ئ j esse docent, veluti Codices Ibn - 'Arabschahi Colbertinus, Picques.

et

et Regius item, altero quidem loco, Editio Goliana سیور غاذش exhibitent, nonnulli etiam vocalibus animantes سیور غاذش Sujurghatmisch. Siurgatmisch in Lubb Tarich p. 115. et Sijorgatmisch apud Scheref. in Hist. de Timur-Bek eodem redeunt. Quod autem in Abu-1-Ghasii versionibus Gallicâ et Germanicâ legitur Soiruk Tamisch, id ex scriptio سیور غاذش minus recte lectâ ortum esse scito, quam, etiam in Mirchonde et Chondemiro, nec non in numis obviam, non Sujurughtamisch, sed Sujurghatmisch pronuntiandam esse, plenior scriptio apud Ibn-'Arabschahum obvia docet. Est autem سیور غاذش proprio nomen appellativum, denotans *beneignum, benevolum, a verbo سیور غاذق benigné facere.* Sic in loco Dastani nasli Dshingis¹⁾: Dschingischas Emiris suis سیور غاذی provincias copiasque dedit benignus. Sic in alio MS. Tatarico: بزرگ رحیم ایل کون دری سیور غاذی قبیل صویور غاذ آنانکنر اوکراقدی Mater tua, benignam et benevolam se nobis praebens, (id nos) docuit, ubi رحیم قبیل قبیل tanquam synonymum Arabicum, (ut passim solent Tatari) praemissum est. Inde et apud E. Castellum habes: سیور غاذی شی seu سیور غاذی شی „Choresmicâ linguâ, benignitas, favor.“ Atque ipsum سیور غاذ feudum, etiam apud Mirchonde et Chondemirum passim obvium, a verbo سیور غاذق descendere, ipse locus ex Dastano Dshingisi adductus innuit.

Sujurghatmisch alto e sanguine Dschingis-chani ortus (unde titulo اغلان i. e. — *Ulan* in lib. Russ. — a Scherefo, Mirchonde et Chondemiro augetur) filius erat Danischmendschae, qui ab Ugedaï-kano tertio filio Dschingis-chani genus ducebat²⁾, ut Chondemir observat, که از نسل اوکدای قاآن دون — Itaque vim vocabuli si urges, Dschaghataides non est vocandus, quia Ugedaïdes erat; attamen, quum, ut nonnulli alii Ugedaïdae, ad Ulusi Dschaghataïdici Chanatum pervenit, utcunque licebit illo eum appellare nomine. Vir fortis et bello potens fuit. Videmus eum de paucis illis fortibus fuisse, qui Timurlengo in expeditione illâ periculosa a. H. 767

1) Adductus est in Com. mea de origine vocabuli Russici Densi p. 5.

2) Lubb Tar. p. 115. male ex Dschaghataj prosapia eum fuisse vult. Nec melius Herbel. art. *Timour*, eum vocat: Sultan des Khathaiens.

in Karschi contra Emirum 'Huseinum factâ fidicomites adhaerebant³⁾; etiam postremae ejus cum eodem 'Huseino pugnae, quae rem summam inclinabat, intererat⁴⁾. Inde Timur - Lengus prope ab urbe Balch, paullo ante interfectum 'Huseinum a. 771 Sujurghatmyschum in solemni Emirorum atque procerum regni conventu ad Chanatum evexit⁵⁾, dum 'Adil - Sultan eandem personam gerens apud 'Huseinum, a quo creatus erat, commorabatur⁶⁾. Ibn - 'Arabschah quidem (T. I, p. 24. 62.) eum imperfecto 'Huseino demum Chanum constitutum esse vult; sed nobis potior fides Scherefi, Mirchondis (T. VI, fol. 26 recto) et Chondemiri (T. III, fol. 274 recto). Timur - Lengus tunc jam opibus satis firmus cur non sibimet ipse sumeret illam dignitatem, si quaeris, lege locum classicum Ibn - 'Arabschahi (I, p. 63 sq.) quem mihi temperare nequeo quin integrum apponam: „Occiso Sultano (Emiro 'Huseino) suo nomine (Timurus) (chanum) constituit aliquem, dictum Sujurghatmysch, e prosapiâ Dschingis - Chani. Tribus (gens) autem Dschingis - chani sola possidere potest titulos Chan et Sultan; quia inter Turcas (Mogholo - Tataros) eodem loco habetur, ac tribus Koreischitanum inter Arabes (i. e. omnium nobilissima tribus aestimatur), cui nemo potest praecedere, nec hanc avellere ex ejus manibus nobilitatem s. praerogativam. Id enim si quis potuisset, erat sane Timur, ut qui integra regna sibi vindicabat perque vias regias incedebat. Sujurghatmyschum autem (tapeto impositum) sublimavit⁷⁾ (seu extulit) ad Chanatum eo consilio, ut repelleret obloquentum calumnias et praecideret linguis omnem cuspidem confidentem. Atque ipse satis habuit nominari Timur Emir Magnus⁸⁾), etsi ab eo dependebat quidquid jussorum et mandatorum

ab

3) Histoire de Timur - Bek par Cherefeddin. I, p. 114.

4) Ibid. p. 181.

5) Mirchond. Chondem. بـهـ باـشـاهـيـ الـوـسـ تـعـيـنـ فـهـوـهـ خـانـيـ نـشـانـدـهـ. Dschingis - Chan.

6) v. Hist. de T. B. I, 114. 181. 186. 192.

7) Id hic verbum رفع innuit, nec non شـيـدـ apud eund. auctorem I, 408. De more Mogholorum Tatarorumve, Chanos suos in tapeto sublimatos promulgandi, vide me in Comment. de Titulis Chanor. etc. p. 17. not. 11. item duo locos ad rem egregie facientes, unum apud Schiltbergerum ed. Penzel p. 97. alterum in Kantemir's Gesch. des Osman. R. p. 194.

8) Simplicius in numis audit Emir Timur.

ab illis (Chanis) emittebatur; eratque Chanus in ipsius custodiâ, tanquam asinus in luto haerens vel Chalifa hujus temporis⁹⁾ respectu Sultanorum." Atque sane hac in caussâ versatos esse Chanos Ulusi Dschaghataidici a Timur - Lengo constitutos, historia satis superque docet aut de iis, ut nullius momenti hominibus, tacens, aut obiter eorum mentionem injiciens. Ita fit, ut noster etiam Sujurghatmysch chanus nobis in historiâ non offeratur, nisi in Kelatac, urbis Chorasanicae, oppugnatione, cui a Timurlengo adhibitus erat¹⁰⁾, et deinde a. 790 (Chr. 1388), quo Bocharae morbo correptus diem supremum obiit¹¹⁾.

Eodem autem anno, qui Sujurghatmysch - Chano extremus exstitit, hunc numum ejus nomine custim esse oportet, et quidem eo anno ineunte, quatenus in numo urbem Schiras et annum nonagesimum memorari vidimus. Tunc temporis enim Timur - Lengus, (cujus in castris Chanus pro more versatus esse videtur) *Schirasd*, quam Farsiae metropolin a. H. 789 ceperat¹²⁾, relictâ Samarkandam movit ad depellendum Tuktamyschum¹³⁾. Est autem sane, quod mireris ipsius Timuri nomen non simul in hoc numo additum. Nam ferebat ejus mos, ut regibus, quos ad deditioñem invitabat, imperaret: ut nomen Sujurghatmysch - Chani, vel Ma'hmud - Chani, suumque ipsius nomen faustis precibus e templorum Suggestis prosequerentur, simulque numos cuderent juxta institutum ejus (Chani) et juxtâ suum ipsius mōrem (vel notam)¹⁴⁾. Cujus relati fidem numi complures Sujurghatmyschi et Ma'hmudis Chanorum, a me visi, confirmant. Facile itaque inducas, ut credam Timuri nomen in hoc etiam numo in infimâ Areâ I. fuisse, quo loco dentibus aevi manibusque hominum vitiatum exemplum est.

T A B. I.

9) Auctor inanem illam speciem Chalifarum, qui sub Sultanis Mamlucis in Aegypto alebantur, innuit.

10) Hist. de T. B. I, 346.

11) Scheref. II, 19. Mirchond. VI, 56. verso (ubi Ma'hmud cum Sujurghatmyscho male confusus est) et Chondem. III, 579. Lubb Tarich p. 115. minus recte a. 791 feralem illi fuisse refert.

12) Scheref. I, 457.

13) Id. I, 470 sq.

14) Vid. Ibn - 'Arabschah I, 430.

T A B. I. N. 2.

Numus aer. rariss. maxime notabilis. A. I. اللہ اے! etc. M. — — هندا جسم
 الغلس بسم قند سنة أحد وسبعين ومائين i. e. *Deo auspice!* *Hic numus aeneus cucus est Samarkandae anno ducentesimo septuagesimo primo* (Chr. 884, 5).
 اللہ مکہ رسول احدی pro normâ linguae abhorret. — A. II. مکہ مصیہ اللہ نصر i. e. *Deo celebrando!* *Mūh. leg. Dei est.* Nasr. M. صیہ امر دہ الامیر نصر بن احمد ابی القاۃ اللہ Nasr filius Ahmedis, quem Deus diurnare sinat!

Qui hunc numum signavit *Nasr* filius A'hmēdis, nepos Asadi et pronepos *Samani*, ab A'hmēde patre, approbante *Tal'hā* *Taheride*, Samarkandae praefectus erat. *Taheridarum* imperio subverso a. H. 261, *Transoxanam* provinciam a Mu'temid Chalifā accepit. Orto deinde inter ipsum et *Isma'ilem* fratrem, qui ejus vice Bocharae praeerat, bello, a fratre captus est, mox autem a. 275 in libertatem et imperium Samarkandae restitutus, mortuus a. 279¹⁵). Auctores tantum non omnes hunc *Nasrum* in Emirorum Samanidarum numerum non admittunt, hanc dynastiam ab ejus fratre *Isma'ile* ordientes¹⁶). At hicce nūmus nos aliter censere et idem sentire movit, quod *Deguignesius*¹⁷).

Sors mira ita tulit, ut, quod omnium numorum Samanidicorum antiquissimum servat Museum Nejelowianum, idem corundem etiam novissimum habeat, cusum eum quidem Bocharae a. 587 vel 589 a Mansuro II, filio Nu'hi II.

TAB. I. N. 3.

فلوس *N. aen. rarus.* A. I. عاقبت خبیر بان i. e. exitus felix sit! A. II. فلوس خوارزم *Numus aeneus Choresmiensis.* Cum formulâ Persicâ et hîc et in numis Chanorum Buchariae recentioribus in A. I. obviâ conferatur Tatarica قوتلوج بولسون *bene sit vobis!* in numis Us - Bekchani obvia. فلوس *fulus* pro singular. فلوس, ut in numis Schahorum Persiae, recentiorem numi aetatem redolet,

¹⁵⁾ Abulf. Annal. II, 102. Mirchond. ed. Wilk. p. 4. 6. 8. Lubb Tar. p. 65.

¹⁶⁾ Vide potiss. Mirchond. l. c. p. 8 sq.

17) Genealogisch- Chronol. Einl. zu seiner Gesch. der Hunnen etc. p. 48t.

quam eandem et tituli scriptura prodit. Patet numus a Chano aliquo Chiwensi, ut sub cuius ditione Urgendsch (in numo Choresm dicta) est, cusum esse.

T A B. I. N. 4 et 5.

بِسْمِ اللَّهِ صَرْبُ هَذَا الْفَلْسُ سَنَةُ أَرْبَعٍ
وَارْبَعِينَ وَتِلْمِيَاهِ i. e. *Nomine Dei!* *Hic numus aeneus cusus est anno trecentesimo quadragesimo quarto* (Chr. 955, 6). — A. II. لَهُ مَحْبُّ رَسُولُ اللَّهِ نُوحُ بْنُ نَصْرٍ i. e. *Deo celebrando! Muḥ. leg. Dei est. Nuḥ filius Nasri.* Exemplo numi non satis integro, paene dixeris *نُوحٌ* pro scriptum esse. M. in hoc et proxime seq. N. 5.: مَهْمَّا اُمِرْ بِهِ الْأَمْيَمْ مَوْلَى أَمِينِ الْمُؤْمِنِينَ (Hic numus) *ex iis est, quos (cudi) jussit Emirus cliens (s. procurator —) Emiri Fidelium.* Duo illa, quae omisi, vocabula, sintne legenda مَا كَانَ سَكَنَتَكُبِينَ مَلَكَةُ سَكَنَتَكُبِينَ, an Melike Süküt - Tegin, an Makan Süküt - Tegin, an alio modo, nunc non definio.

5) N. aen. memorab. In mediâ Areolâ Partis adversae nomen nescio quod quater in orbem repetitum. Areolam quadratum cingit, cui inscripta sunt: لَهُ مَحْبُّ اللَّهِ وَحْدَهُ لَهُ شَرِيكٌ لَهُ Postrema non extrico, in hoc quidem exemplo. Quadrato autem in orbem haec circumdata: بِسْمِ اللَّهِ صَرْبُ هَذَا الْفَلْسُ بِفَرْغَانَةِ بَيْنَ سَنَةِ تِسْعٍ وَخَمْسِينَ وَتِلْمِيَاهِ i. e. *Nomine Dei!* *Hic numus aeneus cusus est Ferghanae (i. e. in Andudschan, metropoli Ferghanae) anno trecentesimo quinquagesimo nono.* A. II. لَهُ مَحْبُّ رَسُولُ اللَّهِ الْأَمْيَمْ (?) نُوحُ بْنُ نَصْرٍ *الْحَمِيدِ (?) Deo celebrando! Muḥ. legat. Dei est. Emirus praeclarus Nuḥ filius Nasri.* Marginis inscriptionem eandem atque in modo praecedente numo (N. 4.) esse jam monuimus.

Videmus ergo Emirum Samanidarum quintum, Nuḥ ben Nasr, in numis aa. 344 (Chr. 955, 6) et 559 (Chr. 969, 970) adhuc memoratum, quamquam jam a. 343 diem supremum obierit; deprehendimus porro in his iisdem numis Nuḥo nomen alias Emiri nescio cuius additum, quod in praesentiarum quidem in ambiguo servare debui. Farghanām quis tenuit a. H. 559? Samanidae adhuc, an jam Turkestaniae Chani ii, quorum sunt, qui jam sequuntur, numi?

T A B. I.

T A B. I. N. 6 et 7.

6) N. *aen. notabil.* A. I. (sic) لا إله إلا الله وحده لا شريك له. Marg. exter. بسم الله ضرب هذا الغلس... M. inter: سنة أربعينية الامير نصر: *Hic numus aeneus cusus est in..... anno quadringentesimo (Chr. 1009, 1010). Emirus Nasr.* — A. II. مهـما امر به الامير نصر بن علي Deo celebrando! Mu'h. leg. *Dei est. Nasr filius Alii.* Marg. (Hic numus) ex iis est, quos (cudi) jussit Emirus Nasr filius Alii, Cliens (Procurator —) *Emiri Fidelium.* Jam in Numoph. Or. Pot. p. 54, o) hujus numi, qui tunc adhuc mercatoris Armenii erat, edidi epigraphas Arabicas. Ut tunc, ita etiamnunc urbis nomen quale sit, me fugit. Non uno modo id legere licet بلغتشن — باقتشن — ببلغتشن — باقتشن et al.

7) Num. *aen. notabilis.* A. I. بادشا *Padischah.* Supra quam titulum luna plusquam falcata, infra stella conspicitur. M. بـسـمـ اللهـ ضـرـبـ هـذـاـ الـغـلـسـ (sic fere) i. e. Nomine Dei! *Hic num. aen. cusus est Ferghanae anno quadringentesimo.* (Non dubito, quin hoc numerale in illo آرـماـ lateat.) — A. II. مـهـماـ اـمـرـ بـهـ الـامـيرـ نـصـرـ بـنـ؟ عـلـيـ مـوـلـيـ اـمـيـرـ الـهـوـمـنـيـنـ. Vide ad N. praeced. 6.

Hi duo numi (N. 6 et 7.), qui typi habitu et scripturae ratione a Samanidicis vehementer differunt, ad eos pertinent Chanos Turkestanae (Kaschgharae et adjacent.), qui cum Sebucteginidis Samanidarum dynastiam subverterunt exeunte X et ineunte XI saec. p. C. n. Eos quo certo nomine distinguam, hodie dum incertus haereo. Auctoribus Muslemicis, quos consulere datum est, laxius et minus accurate audiunt Reges Turkarum. Nec res eorum nobis innotescunt, nisi ex Samaniqum potissimum historiâ. Plures numos ab iis signatos jam olim primus in medium protuli in Numoph. Or. Pot. p. 33 — 55. Quos cum nostris priusquam, ut decet, illustrare aggrediaris, accuratiore historiae et genealogiae istorum Chanorum cognitione opus est.

T A B. I. N. 8.

Cus. ab 'Aszd - ud - daula, Emiro Buwaihidico, in Arradschan, anno ٩٦٠ ذيٰ صفر واربعين وثلاثمائة trecentesimo quadragesimo nono (Chr. 960). A. I. praeter solemnia, رکن الدّوّلّة ابو علی بويه Rukn - ud - daula Abu 'Ali (fil.) Buwaih. M. ext. continet الامير ملک etc. Extra hunc marginem a dextrâ certatur cifra μ, supra autem videtur μ fuisse. In A. II. praem. praemittendis, الطّبیع لله عضد الدّوّلّة ابو شجاع Muti' lillah. 'Aszd - ud - daula Abu Schodscha'. Marg. epigraphe, ut assolet. Plura qui cupit, redeat ad numerum Pflugian. 2, Tab. II, supra pag. 21.

T A B. II. N. 9.

N. aen. De titulo ejus quae supersunt, haud scio an ita sint legenda: ملک العالی نظام الدین (?) باعی شاہ (?) — ملک غازی... Reliqua deleta sunt. In A. II. caput principis, quod inscriptio cingit, in plerisque obliterata. Docti velim hunc numum, qui ad Ortokidas referendus videtur, examinent et exquirant.

T A B. II. N. 10.

N. aen. In A. I. haec legere mihi videor: قرآن بن (?) ابو بکر ارسلان بن ارتق. Reliqua, mutila fere, non tango. In A. II. caput laureatum. Numus hic ad dynastiam Ortokidarum, Amidae et Hefn - Kaifae dominorum, referendus esse videtur, quamquam Abu - Bekrum filium Kara - Arslani frustra circumspexerim.

T A B. II. N. 11.

Numus rudissimae fabricae. In A. I. lego شاہ مسعود شاہ Ma'hmud Schah, in A. II. ٧٨٨ مسعود شاہ جان — صوب شاہ دسچان Moneta Schah - Dschehan [abadi?], a. 788 (Chr. 1586). Sed moneo اباد desiderari, et esse ad sinistram ejusdem Areae, in quibus offendam. Si utique numus ex Schah Dschehan Abad provenit — id vero nomen urbis Dehli esse constat, — Ma'hmud Schah, qui a. H. 783 cudit, non potest esse alius quam ille Sultanorum Patanorum quocum Timur - Lengus a. H. 801 signa contulit ejusque sedem regiam Dehli igni ferroque vastavit.

T A B. II.

T A B. II. N. 12.

A. I. تُوْدَا مَنْكُو:.... (العادل) i. e. *Tuda Mängu* (f. justus). Infra cernuntur Tamghae, numis praesertim Bulgaricis peculiaris, vestigia. In A. II. rudissimam Minerva exarata haec: ضرب بلغار Moneta Bulgharensis. Tuda Mängu, filius Tughani et nepos Batui, Mängu - Timuro in *Chanatu Ulusi Dschudschanii* a. H. 680 (= Chr. 1281) (al. a. 681) successit, tenuitque ad annum usque 686 (Chr. 1287), quo tempore semet ipse imperio abdicabat.

T A B. II. N. 13.

N. *'Osmanidicus* remotioris memoriae. A. I. سُلَيْمَان شَاه بْن سَلِيم خان Sultanus Suleiman Schah filius Selim - Chani. A. II. quae habet, quia a dextrâ mutilata sunt, non satis expedio: عن نصرة ضرب سدرة? Cujus Victoria illustris sit! (Fausta comprecationis formula nomini in A. I. primâ obvio jungenda.) Moneta 926 (Chr. 1520). Nomen urbis mihi nunc quidem non suppetit, nec vocabuli proxime sequentis ratio. Erit, qui integriore utens exemplo verum doceat.

T A B. II. N. 14.

N. insignis perquam memorabilis. Rudem regii alicujus capitis e globulis fere compositam figuram in A. I. obviam ambit haec epigraphe: بِسْمِ اللّٰهِ رَحْمٰنِ رَحِيمِ رسولُ اللّٰهِ الْخَاقَانُ الْأَعْظَمُ حَبَالْ i. e. Nomine Dei! Muhammed legatus Dei est. Chakanus supremus Emiri Fidelium. De vocabuli antepenultimi legendi ratione mihi non constat. Estne nomen proprium, an appellativum? Proprium si est, statuas oportet Chakanum hic subire nomen Emir - ul - Mumenin s. Chalifae, id quod parum convenire videtur. Sin vero pro appellativo habes, innuit se cum Chalifâ, nescio quo nexu, junctum esse; at sive Iegeris حَبَالْ bajulus Emiri Fidel. sive جَهَالْ camelarius Emiri F. sive حَبَالْ decus ejusdem, ferri prorsus nequit. Si Amicus sineerus Chalifae, coll. قَسْبَنْ أمير in n. Samanidicis, etc. Verum nec satis arridet vox insolita حَبَالْ nec sic legendi rationem admitti posse


prædictum Max. Wessely
N 5^a

posse credo; quamquam non diffiteas, initium vocis  luxatum esse. — A. II. quid reprezentet, dictu difficile est. In medio etsi infra basis lychnuchi aut arae conspiciatur, supra tamen facies, ut in A. I., ex globulis formata. Vidi, non hujus solum Areae II, sed etiam capitis in A. I. obvii verissimam imaginem in aliis numis, qui in Museis Potot. et Fuchsiano servantur; sed hi loco inscriptionis Arabicae sistunt titulum charactere ignoto consignatum. Hos numos qui sane unius ejusdemque populi sunt, quo referam, non expedio. Titulus *Chakan*, quem princeps in numo nostro gerit, et similitudo, quae nonnullis reliquarum, quos memoravi, numerorum characteribus cum priscâ scripturâ Ebraïcâ seu Phoeniciâ intercedere videtur, paene te induxit, ut credas, ad *Chasaros* referendos esse, constat ex Ibn - Haukale, Massudio, al. apud hunc praesertim populum dignitatem *Chakani* viguisse; constat porro ex duobus auctoribus modo laudatis, item ex *Sefer Chosri* et notâ Raw Chasdai ad regem Chasarorum epistolâ (quam subditam esse nego), eos *Mosaïcae* doctrinae addictos fuisse; nec denique in dubium vocare licet, eosdem a bello potentibus Arabibus ad sua sacra traductos. Sed neutiquam is sum, hanc qui urgeam sententiam. Fieri possit, ut hi quoque numi ad regulos illos ignicolas, qui soluto Sasanidarum regno, in montanis ad maris Caspii littus meridionale etc. sub Arabum dominatione regnare continuabant. Sed tempore conjecturis. Docti non deerunt diligentius explorare hoc numerorum genus.

TAB. II. N. 15.

Sapharo vbo
Numus de genere eorum, quos a Sasanidis senioribus cudos esse volunt ¹⁸⁾; sed habet, quibus ab his differt. Hic sufficiat notare inscriptionem Georgianam.

TAB. II. N. 16.

Numus de genere eorum, quorum ill. T. C. 'Tychsen ¹⁹⁾ duos edidit, ego duos alias tetigi in *Beiträgen* etc. signatos N. 54 et 55. Cusus est  *Ramazano* (mense), anno sexcentesimo sexagesimo

18) v. T. C. Tychsen Com. I. de numis vet. Pers. p. 24 fqq. et Com. III, p. 25 f.

19) Com. de num. Selg. et Mogol. Tab. I. N. 7 et 8.

simo nono. (Copula , h̄ic quoque deest, numeralibus denar. et centen. praefigenda.) Incidit itaque hic quoque numus in chanatum Abaka - chani, qui, auctoritate Küblaj, supremi Sinarum Chani, eum cudit Tiflisi, ut videtur. De ceteris adi sis, quas modo memoravi, Beiträge.

TAB. II. N. 17.

Edideram in Numophyl. Or. Pot. Iev. adumbrato p. 19. numum a Mehdi Chalifā, a. مَهْدِيٌّ وَسَتِينَ وَسَنِينَ أَنْتَيْنَ centesimo sexagesimo secundo cusum, cuius quidem urbis nomini extricando me imparem fatebar. Frustra id omnes in partes verteram, frusta in libris circumspexeram, frusta de eo consularam magnum in palaeographiā O. G. Tychsenium. Nunc ejusdem numi exemplum Museo Nejelowiano accessit et ecce, quod me antea vehementer exercebat, amplius non potest; nam video nunc certissime legendum esse, aut جَيْ in urbe Dschai, aut جَيْ بَهْدِيَّة in urbe 'Hei'. جَيْ Dschai est nomen, quo indicatur antiqua urbs Ispahanae, quae deinceps Schahristan dicta, vel pars destructa hodiernae Ispahanae²⁰⁾). جَيْ autem si protuleris, habebis urbem Chusistanae²¹⁾). —

Spes me tenet, fore ut quidquid in hoc quoque libello nondum ad liquidum perducere nobis datum erat, dies nos doceat futurus.

20) Vid. Abulfed. Tab. XIX. et Reisk. ad Abulf. Annal. III, not. 392. Gol. ad Alfergan.
p. 216 all.

21) The oriental Geography by Ibn - Haukal p. 77.

HALIS SAXONUM,
EX OFFICINA GEBAUERI ET FILII.

ONALIYOLIK KURUM


Postremo hoc loco visum est corrigere, quae in libello hoc ipso anno a me edito *Beiträge zur Münz-*
haminedanschen Münzkunde aus St. Petersburg offendit, errata potiora. In ipsā libelli fronte adde
 anni notam: 1819. — Praef. pag. III. lin. pen. lege *Werkchen pro Werk.* Pag. IV. l. 9. l. *Meistens*
 sind es auch hier *M.* Ibid. l. 6. infr. leg. *Werkchen pro Werk.* P. VII. l. 14. *يَكْبِي*. Ibid. l. 6. inf.
 in ihrer. P. IX. l. 8. inf. *جَعْفَرٌ*. P. XI. l. 16. von *Manntufel.* P. XII. l. 3. sic interpunge: *Pflug*
 bei diesem, Pag. 7. l. 21. *أَعْنَى*. P. 9. l. 8. *Abbasiden.* P. 10. not. *) l. 4. a fine lege *Emir pro Einer.*
 P. 11. not. **) l. pen. *يَكْبِي*. P. 13. l. 17. *وَنَّ* 1. 19. pro *ن* 1. 20. *بَالْمَكْبُودِيَّةِ*.
 P. 14. l. 19. *بِهِدْيَةِ الْسَّلَامِ* سِنَةُ أَرْبَعٍ. *لَا إِلَهَ إِلَّا اللَّهُ* لَعِبْدُ الْعَزِيزِ *لَا إِلَهَ إِلَّا*
 سِتٌّ وَتِسْعَيْنَ وَمِائَةً. P. 16. l. 4. *Mängu.* l. 6. *عَلَيْ إِلَهٍ* 1. 8. *Selgiuc.* l. 22. *وَتِسْعَيْنَ وَمِائَةً*.
 P. 18. l. 23. pro *وَهُوَ* l. 1. 51. pro und l. unt. P. 20. l. 5. pro *اللَّهُ* l. 1. 16. leg.
 P. 23. l. antep. not. ††) lege: gewisser *Maassen.* P. 27. l. 29. die mit dem Namen. P. 28. l. 10. leg.
جَسَرٌ مَنْ رَأَى 1. 22. Ein Schein-Chan war, P. 29. l. 3. *الْأَلْيَّةِ* 1. 21. Souverainität. P. 33. l. 22.
 P. 34. l. 17. *Muntasir.* P. 35. l. 11. *أَنْتَنْبَنِ*. P. 36. l. 7. das *مَ*. P. 37. l. 3. *Muntasir.* l. 10. *Mun-*
tasir's. P. 40. l. 18 et 19. *الْأَعْنَى بِاللَّهِ* || *أَمِيرُ الْجُوَمَنِينِ*. P. 41. l. 26. (im 15. Jahrh.?) *Juvat*
 h. l. annotare, *Ibn - l - Wardium* juxta Hadschi - Chalfam in Dschihan - Numa pag. 13 anno H. 758
 (= Chr. 1357) diem supremum obiisse. P. 42. l. 21. *Mesdsched.* P. 45. l. 6. — *سِتٌّ وَخَمْسَيْنَ*.
 P. 49. l. 3. *عَلَاءٌ*. P. 50. l. 21. *أَمِيرٌ*. l. 27. pro *fato* leg. *forte.* P. 51. l. 16. pro *مَلَكٌ* l. 22.
 l. 21. jenen berühmten Münzen. l. 22. wurden. P. 52. l. 16. pone comma post *Münzen.* l. 22 et 23. vo-
 cabulorum ordinem turbatum ita restitue: *شَرْكٌ* 8 (so st. u. f. 8) *وَحْدَهُ* (u. st. *وَحْدَهُ*). l. 25. *أَلْأَوْلَى*. P. 54. l. 7. ante *erstes* ins. *von denen.* P. 60. l. 27.
 littera Russica *Б* (*jat*) male posita pro *Б* (*buki*).

Nachricht für den Buchbinder.

- Die 2 Tafeln mit der Aufschrift: Ex Museo Pflugiano, kommen nach pag. 27.
- Die eine mit der Aufschrift: Ex Museo Comit. de Manntufel, kommt nach pag. 34.
- Die 2 mit der Aufschrift: Du Cabinet des Medailles de Mr. D. de Negueloff, gehören nach pag. 48.

TAB.I.

Du Cabinet des Medailles de Mons. Dem. de
Neijeloff à Kazan.



Ad Fraenii Nov. Symbol.

Lithogr. par H. Koch 1819


TAB. II.

*Du Cabinet des Medailles de Mons. Dem. de
Rejeloff à Kazan.*


9.




10.




11.




12.




13.



14.



15.



Ad Traeknii Nov. Symbol.

16.

رسانی سنه

Lithogr. par H. Koch 1813

17.

مسکن

D Ab 326. 4°



